

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Dissertatio Theologica Inavgvralis De Gratiæ Divinæ Progressu Ad Posteros
Credentium**

Heidelbergæ: Typis Joannis Mayeri, MDCCVII.

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862899117>

Druck Freier  Zugang



94

Fa-1092(94.)



S. O.
DISSERTATIO THEOLOGICA IN AVGVRALIS,
DE
GRATIÆ DIVINÆ PROGRESSU
AD POSTEROS CREDENTIUM.

QVAM
DEO AUXILIANTE,
EX DECRETO
VENERANDI ORDINIS THEOLOGICI,
IN
ANTIQUISSIMA ET CELEBERRIMA
ACADEMIA HEIDELBERGENSI,
PRÆSIDE
VIRO PLVRIMVM REVERENDO EXCELLENTISSIMO ET CELEBERRIMO
D O M I N O

LVDOVICO CHRISTIANO MIEGIO,
SS. THEOL. DOCT. ET PROF. PUBL. ORD. NEC NON CONSI-
LIARIO ECCLESIASTICO MERITISSIMO, ET PASTORE ECCL-
SÆ REFORMATÆ VIGILANTISSIMO,

AD SVMMOS IN THEOLOGIA HONORES
LEGITIME CONSECVENDOS,

D. XXII. DECEMB.
H. 9. MAT.

PUBLICÆ DISPUTATIONI SVBMITTET
JOHANNES DANIEL CRAMERUS,
IN ILLUSTRI GYMNASIO HANOVIENSI
SS. THEOL. ET PHIL. PROF. ORD.
H.T. RECTOR.



16

18

17

HEIDELBERGÆ,
TYPES JOANNIS MAYERI, TYPOGRAPHI AULICO-ACADEMICI.
ANNO M DCC VII.

DEO! ECCLESIAE! PATRIÆ!



*DE
GRATIÆ DIVINÆ PROGRESSU
AD POSTEROS CREDENTIVM*

DISSERTAT. THEOLOGICA.

§. I.



Um animus esset disputationis *Theologicæ ejusmodi mihi argumentum sumere, quod tum salutaris doctrinæ interiore medullam tangeret, tum in vita hominum certum usum habere posset, ex copiosa rerum genitatem.* *Praefatio de hujus dissertationis occasione & materia di-*
Theologicarum silva alieno, cum ita vellem, arbitrio, hoc thema delectum est, memorabili, sicut existimo, indicio divinae providentia, qua factum esse video, ut una & altera veritas aliquando in propria causa per Spiritum & verbum Dei propriæ conscientiæ & intimo sensui præcipue demonstrata, primæ & solennis disputationis materia sit. Cujus utilitatem non equidem puto cuiquam dubiam esse posse, cum plane compertum sit, in hoc omnium Christianorum vota concurrent & desideria, ut non tantum de sua, sed etiam de suorum salute certam spem habeant. Quod si Apostolus se magna tristitia & perpetuo animi angore affectum scribit, quod Judæos fratres & cognatos secundum carnem ipsorum incredulitate & contumacia pereentes videret, ut ipse voluerit vice illorum anathema fieri; oportet; ut similiter quidem animi angantur pii parentes, cum cogitanr, liberos suos omnes, qui ipsorum caro sunt,

A

18.

2 De gratia divina progressu

ro sunt, naturaliter esse filios iræ; sed ut tanto magis latè adquiescant, si gratiam divinam non modo in se efficacem, verum etiam ad posteros suos progressuram noverint, ad quod demonstrandum hæc nostra dissertatio pertinet.

§. II.

Definitio &c. Itaque rem ipsam sine mora ingressurus, primo omnium gratiam explicatio Dei, quam in hoc ipso negotio toto animo imploro, breviter describam, & ex fontibus quibusdam ad præsentem materiam derivabo. Per eam autem sacram literis convenienter intelligo Dei voluntatem, qua hominibus peccatoribus aeternam salutem, & porro quidquid ad eam consequendam propter immutabilem ejus sanctitatem extra & intra homines servandos necessarium est, ad nominis sui gloriam decernit, promittit, efficit. Hæc sane definitio gratiam Dei omnem penitus absolvit. Nam quidquid omni modo de ea sciri potest, in Dei decretis, promissionibus atque effectis constituit. Et quemadmodum Dei voluntas seu decretum ad ea, quæ efficienda sunt, spectat, ita per missam, quæ hic medio loco posita sunt inter decreta & effecta, hæc utraque certo cognoscuntur. Ubivis in magistris notari volo, si quis summam in hac dissertatione angustiæ desideret, me, ut omnes ejus partes rectius sibi constent, non tam de illa, quæ definitio modo allata ad amissim conveniat, divina voluntate, ut est in Deo, neque de voluntatis hujus explicatione seu missis, sed potius de ejusdem effectis, quæ extra Deum in hominibus sunt, agere. Itaque ut ad propositum redeam, *gratia, misericordia, amor, electio, testamentum Dei,* & si quæ alia sunt hujusmodi voces, siquidem ad Dei voluntatem benevolam referuntur, habent eandem hac in re significationem, neque aliter, quam distinctione rationis inter se differentur. Nam quia ex iis omnibus eadem hominis peccatoris salus in sacram literis derivatur, propterea & eadem sint oportet: ex propriis vero *gratia, misericordia, amoris Dei effectis,* eis eadem quoque salus fit, tamen quia multa impedunt, ne omni modo eadem esse possint, eorum uero, ut alii eri ad minimum in eadem quasi recta linea ita subjicitur, ut omnia simul ad eundem finem consipient atque consentiantur. Quare missio vel *datio* filii Dei *testam̄ p̄t̄s,* qui in se vero *justitie* materiam habet, Rom. 5. v. 18, nec non missio aut *promissio* Spiritus sancti, qui in animis electorum, *lumen, fidem, sanitatem* efficit, (Joh. 15. 26, & cap. 16, v. 13. 2. Cor. 4. 13. 1. Petr. 1. 2.) etiam si eodem ultimo effectu homini peccatori salutaria sint; tamen ipsa non sunt omnino eadem, sed tantum collocanda in eadema linea, quæ a *gratia*

ad posteros credentium.

gratia Dei usque ad salutem aeternam servandorum ducta est. Itaque hæc Dei dona, sive se undum præcedentem definitionem extra homines sint, quale est, quidquid Christus Servator fecit, sive eorum intellectui, voluntati, & conscientia insint, quales sunt Spiritus sancti operationes, hæc, inquam omnia conjunctim sunt ex gratia. Quanquam nihil obstat, quo minus etiam hic locum habere possit Dei justitia, cum datis quibusdam gratiae divine beneficiis, reliqua suo sensu ex justitia Dei non possint non dari, de quo infra fortassis plusculam dicendi locus erit. Hic saltem gratiam non oppono illi justitiae, qua Deus sanctitati sua congiuerter operi suo aliud suum opus superaddit, sed eam (1) habito respetu ultimi eventus oppono ira Dei Rom. 5.8. & cap. 9.22.23. Sunt enim plane contraria effecta gratia & ira, itius quidem vita, hujus autem effectum mors aeterna. Itaque & gratiam (2) oppono legi, videlicet, quia lex iram operatur R. 4.15. atque hoc ipsum iustus dupliciter fit: Vel enim (a) Lex, quatenus peccatorem hinc mortificavit, plenissimo sensu iram post se trahit, quo modo salvandi non sunt sub lege, sed sub gratia Rom. 6.14. aut contra, qui sic omni modo sunt sub lege, ii nullo modo sunt sub gratia proprie appellata. Vel etiam (b) Lex id est, Oeconomia Mosaica tantum diminutori sensu opponenda est gratia Novi Testamenti, Joh. 1.14. 17. effectus enim aliquis ira etiamnum erat sub Veteri Testamento, qui pro suis sublatius est sub Novo, adeo ut NB nunc multo purior ac porro vehementior gratia sit, eo quod potissimum effectum gratiae, apparitione Filii Dei in carne, hoc tempus inchoat, & deinde alia sua eaque amplissima effecta per illud diffundit. (3) Denique consit erato honoris statu gratiam oppositam gloriationi in propriorum operum dignitate Rom. 11.6. Eph. 2.8. nullam enim in se & ex se gloriationis causam habet, quisquis per alienam justitiam Esa. 45.24. Jer. 23.5. Rom. 5.18 & per fidem, quam Dei donum est, servatur, Vid. Rom. 3.27. 1. Cor. 4.7.

§. III.

Quæ hactenus de gratia Dei commemorata sunt, ad institutum noscitur, unde possent sufficere. Imo fortassis ea plura sunt, quam necessitas postulabat, ut quid illud sit, de quo hic agitur, & quænam illius natura ac proprietas sit, appareat. Attamen eo non obstante, facere non possum, quin hoc ipsum, quod ad gratiam Dei pertinere vidimus, & a lia quædam similia ex primis suis fontibus derivata, ad rem præsentem deducam. Nimirum in querenda vocum Theologicarum genuina significacione & vero usu præcipue prima, ubi occurunt, loca, quasi primarios

Voces Hebraicae hujus significatio-
nis ex primis suis locis huc traluntur,

A 2

18.

fontes soleo observare, eo quod in iis passim aliquid memorabile animadvertis, tanquam si Deus data operâ notabilem characterem ejusmodi pri-
mis locis impressisset, id quod Viris Doctis, & sapientiæ divinæ intentis
magis explorandum relinquo. Itaque sicut primus ille & notissimus lo-
cus Gen. 3.16. ubi gratiæ Dei prima promissio re ipsa exposita est, o-
mnium consensu singularem habet emphasis: ita quoque rem se habere
arbitror in locis, ubi omnium primo inveniuntur *voces*, quibus gratia
Dei significatur, videlicet Gen. 6.8. & cap. 19.19. Horum enim in priori
loco est vox Hebræa in in posteriori ῥων. Quæ utræque si quis dubi-
tet, an eandem vim habeant, quod equidem hic ut certum sumo, id
salmem ex Græca eorum interpretatione & cognitis vocabulis (ut alias
rationes prætermittam) nullo negotio colligi posse arbitror. Quod enim
ad priorem in attinet, eam tum LXX. Interp. tum scriptores N.T. ex
ponere solent per Græcam χάρις. Sic quod Luc. 1.30. Mariæ dictum est
προετοιμασθαι τῷ Θεῷ, invenisti gratiam apud Deum id tota phrasi respon-
det huic nostro loco Gen. 6.8. ubi de Noacho similiter οὐτός οὐτός οὐτός οὐτός
Noachus invenit gratiam in oculis Domini. Notandumque est, sicut hic
locus Genel. 6. primus est, ubi in occurrit, ita quoque illum Luc. 1.30.
primum esse, ubi χάρις & quidem simillima phrasi adiuncta reperitur.
Huc pertinet etiam locus Zach. 12.10. ubi in in Spiritus gratia id est,
Spiritus sanctus Novi Testamenti temporibus promissus (Joel. 2.28. Act. 2.
16.17.) ab Apostolo Heb 10.29. πνεῦμα τῆς χάριος vocatur. Itaque
nemo non hinc existimare potest, Hebræum in V. T. in & Græcum in
N.T. χάρις eadem esse. His autem conveniens esse τὸ ῥῶν ex eo liquet,
quod hoc etiam in N.T. expositum est per χάρις. Cum enim Joh. 1.
14.17. χάρις νοί αληθεῖa memoratur, id quidem nihil aliud est, quam
Hebræum τὸν τὸν quod Ps. 25.10. & præcipue Ps. 89.15. & Ps. 117.2. cundem
sensem haber. Præterea sicut LXX. vocabulum τὸν plurimum inter-
pretantur per ἔλεος, ita & verbum in unde significatio nominis in mé-
rito petenda est, iidem explicant per ἔλεον Exod. 33.19. quod Apostolus
etiam Rom. 9.15. retinuit. Quia igitur utræque illa *voces* Hebraicæ pro-
miscue idem significant, quod χάρις & ἔλεος, quæ in N.T. eadem sunt,
(vid.h.dissert § 2.) manifestum etiam est, eas eandem significationem ha-
bete *gratia*, de qua hic agitur, maxime, si ad Deum referuntur. Quid
igitur in locis supra memoratis, ubi illa vocabula primo occurrint, mé-
morabile videatur, non modo ad verum sensum & emphasis quandam
gratia, sed etiam ad ejus *progressum*, quod dissertationis nostræ caput est,
demonstrandum, sic breviter efficiemus:

§.IV.

ad posteros credentium.

§. IV.

Primo quod ad locum Gen. 6. 8. attinet, ubi de Noacho dicitur, *Locus dicti. 8. explicatur.* quod *invenerit gratiam in אֶלְעָזָר in oculis Jēhōvā*, is versus facile explicatur per duos proximos superiores. Legitur enim v. 6. quod *Deum pœnituit homines fecisse*, & quod *magno dolore affectus fueris in corde suo*. Si ergo secundum veterem & elegantem Theologorum regulam *affectus* qui Deo tribuuntur, significant ejusdem *effectus*, qui sine *ulla mentis divinæ mutatione* sunt, necesse est, ut illud quod scriptum est, *pœnituisse Deum creationis hominum*, nihil aliud significet, quam quod ipsum etiam v. 7. satis evidentiter exponitur, *Deum voluisse, ut quemadmodum per creationem suam homines existieran in terra, ita nunc desinant existere. Dolor autem aliquanto nervosius non tantum eandem Dei voluntatem, sed illius etiam causam declarat.* Nam quod *dolorem* nobis affert, id solemus à nobis removere, ac propter hunc ipsum finem Deus pro sua sapientia & bonitate sensum doloris nobis indidisse videtur, ut per eum nos commonefaciat, quidquid in naturali corporis statu dolorificum est, id procul faciliendum esse, si corpus nostrum salvum velimus. Itaque *dolor* hic Deo tributus, non modo notat ipsius voluntatem, homines qui tunc vivebant, à suo conspicu removendi, sed & præterea significat, illius remotionis causam peccatum fuisse. Ut enim hoc sua natura Deum & homines separat El. 59. 2. ita peccatum ejusmodi est, quod Deus videre nequit Hab. i. 13. Unde id sola causa est, cur peccatorem necessario à se removeat.

§. V.

Itaque ex hac versuum antecedentium connexione perspicuum est, *Quid inde obseruantur sit.* quid præ se ferat illa *gratia*, quam Noachus invenisse scribitur, seu quo sensu intelligendum sit חַדְשָׁה בְּעֵינֵי כָּל־בְּנֵי אָדָם, sed Noachus invenit gratiam in oculis Jēhōva. Nimisrum hic præfixum i indicat oppositionem ab omnibus, quos ego quidem habeo, interpretibus Leone Jude, Tremellio & Junio, Pagnino, Castalione, Lutherio, Piscatore, Belgis recte expressam, quamquam Cl. Noldius accuratissimus hujusmodi minutiarum & particularum observator hunc locum prætermisit, minime autem, ut videtur, de industria, cum simillimum locum in hoc eodem Cap. v. 18. coll. cum præcedente 17. per oppositionem explicandum esse doceat. Ea sane, quæ Noacho postea facta sunt, hanc oppositionem maxime confirmant. Ergo ut nunc perveniam, quo volo, *gratia*, quam Noachus in oculis Jēhōva invenisse scribitur, in hoc primo loco hunc nervosum habet sensum,

6 De gratia divina progressu

deinceps in omnia consimilia loca merito inferendum. (1) Ex gratia Dei erat Nōachi futura conservatio ceterorum deletioni opposita. (2) Ex gratia divina factum est, ut Noachus efficeretur sanctus, & sic diversus à reliquis malis hominibus Deo placere posset ob sanctitatem, cum alii ob peccatum illi vehementissime displicerent, qui ideo ab oculis Dei, sicut diximus, erant rejiciendi. Ubi notandum est, gratia Dei prius fieri mentionem, quam pietatis Nōachi, quae v.9. memoratur, nimur ut illam hujus causam effectricem esse appareat. (3) Ex gratia Dei consecutum est fœdus cum Nōacho, de quo v.18. Merito enim hoc colligendum est ex parallelismo versuum 7. & 8. coll. cum sequentibus 17. & 18. Sicut enim versus 8. coheret cum 7. ita quoque 18. cum 17. Itaque ut versa 8. gratia Dei memoratur, sic versu 18. fœdus cum Nōacho faciendum. Quo modo fœdus Dei ad gratiam & gratia ad fœdus reciproce referri potest, adeo ut **וְהִי בְּרִית** fœdus hic primo in loco memoratum primam suam significationem habere debeat ex gratia, & si quid in posterum dicatur de fœdere, in eo gratia divina semper sit respicienda. (4) Gratia igitur, quæ proxime ad Nōachum spectabat, NB. hic à parte progressa est ad totam illius familiam, in qua & malus homo inerat, simulac enim fœderis cum Nōacho pacisciendi, unde nimur ipsum conservatio pendebat, mentio facta erat, illico etiam præceptum adjunctum legitur de filiis Nōachi ejusque uxore & filiorum uxoribus in arcem introducendis. v.18. (5) Denique non minus gratia Dei effectum esse cognoscitur, quod una cum hominibus, i. e. propter homines omnium bestiarum & pecorum genera essent conservanda, id quod apparet ex vers. 19. 20. 21.

§. VI.

Exponitur
locus Gen. 19
19. & qua-
dam ante-
cedentia.

Multa igitur hæc & memorabilia sunt opinor, quæ ex illo uno loco Gen. 19 ubi gratia divina prima commemoratio est, efficiuntur, infra ubi demonstrationis propositæ ordo postulabit potissimum assumptis sequentibus locis Gen. 8. 20-22, & cap. 9. 8-17. diffusius explicanda & stabienda. Ad minimum notatu dignum est, primam vocem, quæ gratiam Dei significat, ad Nōachum illum universi humani generis, quod post diluvium vixit, patrem & singularem Iesu Christi, qui similiter Nōacho totam suam familiam, id est Ecclesiam servavit, typum referri, & ea quidem cum efficacia, ut propter eandem gratiam posteritas illius nunquam tota sit perdenda. Quod si alterum locum Gen. 19. 19. ubi vox Hebreæ **וְהִי** primo occurrit inspicimus, paulo alia sub forma apparet gratia, de qua agimus,

ad posteros credentium.

7

Agimus, at non minus memorabilibus illius etiam loci historiæ impressis characteribus. Ibi enim duo Angeli describuntur, qui Lothum prius virum urbe Sodoma, quæ jamjam igne & sulphure cœlitus erat evertenda, eduxerunt. Quos ne quis angelos creatos putet, observandum est, appellari nomine vere divino, קדש, quod quidem ipse magnus Judæorum magister Maimonides sanctum id est, Deo proprio conveniens agnoscat, cum in הרשותה יסודו הלכות Cap. 6. §. II. sic scribit: כל הרשותה האמורות בלוּת חָלְחָלָה אֶל כֵּן הַנְּהָרָה נִזְבְּךָ תְּזִבְּחָה Omnia nomina (nimisrum quibus Deus appellari solet) apud Lothum proposita profana sunt, excepto illo: Ne quaeso DOMINE, ecce nunc servus tuus in venit gratiam in oculis tuis. Ubi cum להן profanum ex illius scriptoris sensu congruentem loco facto Ezech. 22. 26. קדש sancto opponatur, & hoc ad minimum in hac materia Deo soli tribui possit, manifestissime constat, id nomen, quod ibi Maimonides profanum esse negat, ab eo propterea sanctum hoc est, Deo soli proprium haberi. Itaque, ut ad rem proprius veniamus, magnos illos Angelos seu legatos Dei, qui ipsi vera divinitate erant praestigiis simili, Lothus ita scribitur allocutus: Magnam, inquit, facias gratiam tuam רְאֵת quam fecisti mihi, ut vivam conserves animam meam. Ex quibus verbis si recte eliciendum sit, quod subest, ante omnium obserabimus, duos illos Angelos una cum alio quodam comite ejusdem dignitatis, à principio usque ad finem singulare negotium gratis obiisse. Diverterant omnes apud Abrahamum virum illum illustrem & Deo in primis federatum. Pollicebantur illi primo statim alloquio Isaeum filium, à quo sanctum semen in salutem hominum oriundum erat, præstituto tempore nasciturum. Exponebant illi suum consilium, in quo multa erat erga nefarios peccatores uxoriumpia. NB. Sodomam conservare volebant, propter paucos, id est, decem, si ibi fuissent justos. Ecce in his omnibus speciosa benevolentia divinæ indicia. Itaque hi duo Angeli seu illius tertii tunc absentis legati in hoc itinere Sodomam usque progressi ab Abrahamo ad Lothum venerunt, quem singulari clementia Sodoma e ductum maximo periculo & pernicie eripuerunt, qua in re ipse gratiam eorum consistere agnovit.

§. VII.

Totus igitur harum omnium rerum & totius historiæ contextus ^{Vtiles illius} rursus non obscure docet (1) Gratiae divinæ proprium esse effectum libe rationem a gravissimo malo, sive separationem à malorum hominum & ^{Observationes nespetuntur} vehementissima poena affiendorum colluvie, ejusque finem esse vitam,

25

18.

De gratia divina progressu

ac proinde *gratiam* esse, quæ e diametro opposita sit *ira* divinæ, qua Deus Sodomam urbem & adjacentes cum incolarum æterna pernicie evertit, vid. Deut. 29. 23. 2. Petr. 2. 6. Jud. v. 7. (2) Hoc beneficium, quo securitas ab ira Dei præstatur, proficisci à præsentissima executione Filii Dei, & *Spiritus sancti*, qui hic ut legati Patris rem egerunt; velut alibi non modo Filius à Patre Joh. 16. 5. sed & *Spiritus sanctus* à Patre vel Filio missus legitur. Gal. 4. 6. Joh. 16. 7. adde & Luc. 21. 43. (3) Quod autem præcipue scopo nostro est conveniens, rursus hic etiam observo effectorum *gratia progressum* ad alios, qui propter eos, ad quos proprie gratia spestat, fuissent conservandi. Si enim *gratia Dei* erat, quod Lothus magno exitio eripiebatur, multo magis *gratia & progressus gratiae* fuisset, si Deus reliquis Sodomæis injustis & impiis propter decem justos pepercisset. (4) Si vero præterea Sodomam secundum Apoc. II. v. 8. sensu mystico intelligimus, conjicere licet, quemadmodum illæ voces *in* & *non* in hoc loco Gen. 19. primo post Lothum Sodoma eductum, *conjunctionem* occurunt, & *magnam* seu amplificatam *Dei gratiam* indicant, ita postquam illi, quos familia Lothi typice repræsentabat, Sodoma spirituali exiissent, tunc etiam primo conspicuum fore *magnam* *Dei gratiam* & plenissimo sensu acceptam, seu per beneficiorum *gratiae divinae conjunctionem*, futuram esse Jesu Christi cognitionem, fidem, sanctitatem, & quietem *majorem*, quam antea, nec non doctrinam de *gratia* tunc *primo* invalituram esse, & rectissime omnibus inculcatumiri. Verum de hoc, quod tantummodo in conjectura positum est, in præsentia nihil disputo.

§. VIII.

Breviter proponuntur, næ causa ex dubibus illis locis Geneeos uberrimi omnium rerum Theologicarum fontis exposita sunt, seu longius perita videantur, seu è propinquo allata, nunc iterum iterumque moneo, ut saltē hæc duo notabilia & in posterum profutura animadventantur. (1) Primas illas voces *in* & *non* primum inveniri in historia celeberrimorum Triumvirorum Noachi, Abrahani & Lothi, eorum, puta, qui quomodo cunque considerentur, admodum hac in re memorables sunt. Si enim Noachum & Abrahatum libet conjungere, hi sunt magni illi heroës, quorū præcipue posthæc ratio habenda est, cum ex fœdere, quod Deus cum illis utrisque fecit, in hac tota dissertatione plurima simus demonstraturi. Quod si Noachum & Lothum una inspicimus, hi alibi semel atque iterum

nor

non sine ratione in verbo Dei conjunctim propositi sunt, nempe *in futuro-*
rum temporum exemplum. Certe in illorum historia Deus posuit, ut obey pax
pro Mōslaw dñe Bñv exemplum eorum, qui impii futuri essent 2. Pet 2. 6. Ego
igitur proclivi animo conjicio, etiam ex opposito gracie divinae illis
præstite modum instar cujusdam exemplaris esse oportere, secundum
quod ea haud aliter fere, ac secundum exemplar Abrahami, de quo infra
diceatur, in posterum quoque esset destinanda, eo maxime quod *Filius*
hominis, qui non modo *judicis*, sed & præcipue *servatoris* & *liberatoris*
personam gerit, ad illorum temporum similitudinem revelandus
dicitur. *Luc. 17. 26. 30.* Itaque (II.) ex utraque historia eo magis etiam
num repeto & teneri volo, uti non obscure illic propositus fuerit *gratia*
divinae progressus ad alios, cum vicinos in eadem civitate, secundum posterio-
rem historiam, tum multo magis filios ex eadem familia prognatos, secundum
priorem. Cum enim nihil aliud, quam hoc in tota nostra dissertatione
explican'um habituri simus, mihi quidem illud deinceps tanto erit iucun-
dius, propterea quod idem in his fontibus tam maturè inventum est. Quæ
cum ita se habeant, tandem ego nunc relictis omnibus ambagibus re-
cta via pergo ad cetera, neque in præsentia explico, quinam sint *creden-*
tes, de quorum *posterioris* hic agere constitutum est, seu quid sit *credere in*
Christum, aut quæ sit *vera & salutaris fides*, vel illius *inseparabilis proprie-*
ties, quoive modo potissimum gratiae effectum salus cum fide sit connexa.
Hæc enim omnia cum hic ut extra controversiam posita sumuntur, tum ve-
ro longior eorum explicatio ad institutum nostrum non est ita necessaria.
Quatenus autem aliquid necessarium videbitur, id infra commodi loco
non negligetur.

§. IX.

Latissimum igitur & apertum campum ingressus, quasi in libera pla-
nitie nunc ad arcem propositæ veritatis magis concitatis passibus procedo,
atque id ago, ut *progressus gratia ad posteros credentium*, quam fieri potest
clarissime in conspectum veniat. Ne quid autem quod omnino ad rem
facit omittatur, primo in aliarum perfectionum divinarum demonstratio-
ne progressum ostendam, deinde & gratiae similem continuationem, tum
generaliorem seu indefinite consideratam, tum specialiorem & magis defi-
nitam exponam. Quod ad primum illud attinet, docent sacrae litteræ &
testatur res ipsa, hoc esse usitatum & proprium Deo, ut si quid ullo modo
est operatus, postea etiam *operari perget* Joh. 5, 17. & opus continuatum
ad gloriosum sibi finem perducat Prog. 16, 4. Röm. II, 36. Imo Deus ne-
B in

*C. nsuetes
Deo est pro-
gressus in o
peribus suis*

18.

De gratia divina progressu.

In primo quidem absoluti operis est. & ut subsistere solet, sed ad finem suum magis ac magis consequendum ipsum illum effectum omnino ad infinitam usque eternitatem producit. Cum enim quicquid in Deo est, infinitum sit, id vero vel longissimo tempore, quod finitum est, demonstrari non possit; propterea progressu non modo ad posteriora tempora, sed omnino ad aeterna & infinita secula opus est, ut sic in aeterna neque unquam desutura continuatione illud infinitum, quod in Deo est, appareat. Itaque ob hunc progressum Dei ad gloriam suam manifestandam Deo in sanctis scriptis tribuuntur via Ps. 25. 10. & 67. 3, eode inquit pertinente gressus illius in sanctuario suo, quae ecclesia est, seu in sanctitate, id est sanctitati ipsius congruentes, Ps. 68. 25. Sed specialioribus exemplis evidentius efficietur, quia ratione perfectionum divinarum demonstratio suum habeat progressum, nec illa facile citra hunc esse possit. Sic summa Dei potentia seu efficacissima voluntas, quae in creatione demonstrata est, continuatur & maxime talis, qualis est, puta infatigabilis appetet in rerum creatarum conservatione. Esa. 40. 26. 28. 29; Hebr. 1. 3. Ad eum demum modum iustitia divina ultricies vel liberrima in genus humarum potestatis continuata est demonstratio, cum ex primorum hominum corruptione omnium filiorum corrupcio, & ex hac, nisi gratia Dei impedit mors ad omnes propagatur Rom. 5. 12. 18. 19. Cui similis fuisset continuatio bonitatis Dei, si primi nostri parentes in sapientia & sanctitate primum persistissent, & recte vita modo servato sanctam Dei imaginem ad posteros suos integrant transmisissent. Praterea veritatem suam Deus praecipue demonstrat per temporum progressum, quando omnia, quae in annorum & saeculorum fluxu sunt, ordinat, ut tandem promissiones ipsius & comminationes impleantur, indeque veritas ejus cognoscatur. Denique simillima ratione sapientia Dei tantummodo in progressu consistit atque intelligitur, cum ceterae omnes illius operationes per temporum seriem & multarum rerum connexionem rectissima via & optimo consilio ad optimos fines obtinendos dirigitur. Alia, quae hujusmodi sunt, libenter pratereo,

§. X.

Et post-
mungratia Itaque sicut ceterarum Dei perfectionum demonstratio suum progressum habet, ita multo magis etiam gratia, ut pote quae illustrissima Dei virtus est, cuius demonstratio summus & ultimus omnium motio nunc divinarum imo & ipsius consilii de ira exercenda finalis & scopus est, vid. Rom. 9. 22. 23. Atque sapientissimus Deus id, quod tandem consequi vult, propter hanc ipsam causam non dederit, sed continuat. Ergo hinc gratiae divinae progressus

ad posteros credentium.

三

progressu necessarius est. Verum id citra hujusmodi ratiocinationem do-
cent ev. dentia S. litteratum testimonia. Quo referendum in primis vi-
detur, quod negotio gratiae misericordiae, quæ quaquaverum cogitari potest,
mensura tribuitur Eph. 3 18. Extensa enim est in profundum, quatenus pec-
catorem ex imo omnium miseriatur abysso eripit; & in altum, quatenus
eum ad cœlestem gloriam extollit; sive quod idem est, ē rois eternitatem
xps: 5. Intra collocat. Unde & gratia Dei ad cœlum perire gere, seu in cœlo esse
dicitur, Psal. 36, 6. In primis autem, quod maxime hic locum invenit, habet
gratia latitudinem suam & longitudinem, illam quidem, cum vel a parenti-
bus se protinus ad plures liberos diffundit, quod jam jam explicabitur, vel
cum illius effecta ad omnem orbis terrarum plagam extenduntur; hanc
autem, cum deinde ad alios & alios recta linea progrederetur, ulteriusque in
longissimam æternitatem continuatur. Quamobrem observari meretur,
cum passim gratia Dei continuatio in seculum describitur, tum vero in
omnibus & singulis versibus Psalmi cxxvi. eandem sine intermissione præ-
dicari, id quod tanta cum emphasi de aliis Dei perfectionibus nusquam
scriptum legitur. Eaque gratia divina extensio eleganter proponitur in
funiculis, quibus in longum productis sors & hereditas Christi, quam in
suis habet, designata est, Ps. 16, 6. Cujus emblematis similitudinem, op-
tior, habet illa colorum & expansi υπ̄ seu regni cœlorum quod in Ecclesia
principue Novi Test. est, linea, Psal. 19, 5. Nam sive (a) Hebrœum p̄ quod
ibi occurrit, lineam significet, congruenter elegantissimo loco Zach. 1, 16.
ubi p̄ est recta & longa linea seu funiculus ad structuram urbis Hierosolymitanæ extensus (conf. Jer. 31, 39. Job. 38, 4. 5.) sive (b) secundum divi Apo-
stoli explicationem φόρον σονον vocis, id est, doctrina Evangelica no-
tet Rom. 10, 18. sive etiam (c) parum dissimiliter sit ductus litteræ, seu de-
lineatio litteratum, velut Esai. 28, 10. in his omnibus tamen sine ulla repu-
gnantia permanet extensio seu progressus, quem hic respicio, quia his omni-
bus significacionibus una comprehensis cogitari potest doctrinam Evangelii,
seu voce pronuntiatam seu scripto confignatam ad edificandam Ecclesiam
Novi Testamenti recta linea procedere, vel quod eodem redit, edificatio-
nen Ecclesiæ, in qua gratia Dei consistit, ad lineam seu amissim utriuslibet
doctrina succedere per commodum progressum, qui in Psalmo disertis ver-
bis exitus in omnem terram & usque ad fines orbis habitabilis vocatur. Po-
stremo hoc pertinet, quod Deus gratiam custodiat millesim Exod. 34, 7. Quo
in loco vel hoc est memorabile, quod hæc ipsa verba in Hebreo codice
præter consuetum scripturæ modum a littera maiuscula inchoantur; vel si
ex eo nihil certi efficimus, hoc tamen minime est prætermittendum, ceteris

B 2

Dein

Dei virtutibus gratiae, longanimitati, & justitia ultrici, in quibus NOMEN
Dei consistit, etiam gratiae continuationem adjunctam esse.

§. XI.

*Specialis
gratia pro-
gressus est
ad posterios
credentium.*

Postquam hoc modo gratiae divinae progressum ad homines, loca, tempora indefinite & generalius consideravi, sequitur, ut qua ratione specialius ad posterios credentium proferatur, exponam. Namrum inter hos, quod generis humani historia testatum facit, sunt homines (A) servandi aut (B) non servandi (A) Qui servabuntur, sunt filii (a) proximi (b) remotiores, aut (c) remotissimi (B) Qui non servantur, vel in Ecclesia externa sunt, vel extra eam. Quae divisio cum partes omnes plenissime complectatur, facile jam prævidetur, mortalium, qui vixerint, qui vivant, quique vixi sunt, neminem esse, in quo non effecta gratiae possint deprehendi. Quod magadōzor, ut primo intuitu apparet, infra non infirmis argumentis probabitur.

§. XII.

*Eius funda-
mentum est
fœdus cum
Abrahamo
factum.*

(A) Quod ad posterios credentium attinet, qui servabuntur, agam pro natura ordine primo de iis, quos jam modo (a) filios proximos appellavi. Necesse enim videtur, ut si modo gratia progressum habere debeat ad posterios credentium, prima & maxima illius vis in his sit, qui proxime coniuncti sunt cum suis parentibus, quibus Deus gratiam suam pollicitus est. Itaque ut continuo perspiciatur, quid hic mihi demonstrandum sumserim, dico, ad parentum in Christum credentium filios omnes & singulos, qui in infantia seu prima pueritia moriuntur, gratiam divinam certissimo plenissimoque effectu proredi, namrum ut beneficis gratias salutaribus, & nominatim plena sanctitate nec non aeterna & beatissima vita in morte potiantur. Quod ut solidis rationibus recto ordine probetur, inspicendum est illud celebratissimum fœdus, quod Deus fecit cum Abrahamo, perspicue descriptum toto cap. Genesios XVII. ubi non tantum ea, quae ad ipsius Abrahams salutem pertinent, congruenter præcedentibus promissionibus divinis repetito fœdere confirmantur, sed etiam præterea adjecta sunt, quæ certam illi spem facerent salutis posteriorum, utpote qui eodem fœdere gratiae essent comprehendendi. Ergo id fœdus solidum quoddam fundamentum est, cui prope omnia, quæ ad rem præsentem faciunt, superstruere licebit. Voluit enim Deus, quod & superius attigimus, & infra magis adstruemus, Abrahamum vel fœdus cum eo factum exemplar esse, ad cuius similitudinem sequentibus temporibus ac potissimum sub N. T. credentes omnes sibi & suis quoque liberis gratiam divinam possint polliceri. Quamobrem, et si nunc locus

& in-

& instituti nostri ratio in primis postulat, ut ex illo fœdere *infantum ex Christianis parentibus prognatorum & prima etate morientium salutem ad similitudinem seminis Abrahams afferam, tamen uberioris doctrine Theologicae causa prius in parentum Christianorum & Abrahams fide & salute convenientiam ostendere constitutum est. Neque id quidem frustra me fœaturum arbitror. Si enim primo in (§) *Abrahams & nostra fide & salute utrobius communis fœderis eandem conditionem ac similem efficaciam gratiaeque divinae vim deprehenderimus; deinde & cetera, quae de (ɔ) filiorum salute pro rerum propositarum ordine dicenda sunt, ex eodem fœdere non minus utrobius similia esse, propensiō animo judicabimus.**

§. XIII.

(§) Igitur si ad fœdus illud, quatenus ipsi Abrahamo fuit salutare, ^{Id confide-} animum adjicimus, evidentissime illius *justitiam* sacræ litteræ derivant ^{ratur pri-} fidē, Gen. 15, 6, Rom. 4, 3. 9. cum nimis Deo se clypeum illi & magnam ^{mum qua-} valde mercedem id est præsidium contra peccati vim & salutem fore promisit ^{tenuis ipsi} fœdanti credidisset. Ubi prius, quam ad cetera progrediamur, quasi in pā-re per fidem ^{fuit saluta-} tenthesi notabimus *primum* hunc memorabilem locum verbi יְהוָה credere. ^{re.} Id enim, sicut videtur, malto convenientius primam suam sedem isthinc habere poterat, quam usquam alibi. Nam (ɔ) valde commodum erat, ut primus locus vocabuli *credere* ibi esset, ubi nervosissimæ voces sunt *clypeus & merces*, quæ elegantissime tales repræsentant Deum, qualem frades amplectitur, nimis liberatorem & sospitatem, qui & e malo quod alias metuendum sit, etipiat hominem, & summo beneficio afficiat. Et præterea (ɔ) commodum erat, ut omnium primo mentio fieret fidei salutaris, ubi ille tantus Vir prōpositus fuit, quem Deus multorum, qui similiter credituri & ex fide servandi essent, propter sapientissimas rationes patrem constitutus voluit, Gen. 17, 4. 5. Rom. 43, 17, Gal. 3, 6. 7. Certum enim est, omnes alios, qui ante Abramum servati sunt, æternam salutem per fidem obtinuisse. Hebr. 11, 4. 5. 7. in quorum historia tamen nulla fidei est mentione. Quamobrem etiam memoratu dignum videtur in Novi Test. primo loco, ubi de fide sermo est, ad Abramum & filios ejus respici, Matth. 8, 10, 11. Verum ad rem ut redeam, fidem ab Abraham, ut is servaretur, postulata fuisse, ex ipso cap. 17. Genes. quod jam potissimum in oculis habemus, non difficulter intelligetur. Hic enim vers. 1. Deus fœdus suum, quod antea fecerat repetitus, se vocat יְהוָה id est Θεός in avōr ugi ἀνταρην καὶ παντο-νοάτος (sic enim LXX. & alii Græcieam vocem interpretatis sunt) Deum sufficientem & potentem ad voluntatem hominis exstatandam, justitiamque & vitam

vitam restituendam. In hac ergo voce proponit Deus suas divitias, quae primum Abrahamo, deinde & posteris ejus ad ipsorum salutem professe debeant. Unde constat, id quod rursus in transitu notamus, hoc in loco illud nomen Dei יְהוָה primo conspicuum esse, nimirum propterea, quod ad multos Abrahami posteros & filios secundum vers. 4. & 7. beatos majori qualicum emphasi divitia Dei necessaria sunt. Certe verba אֵין הַנֶּא EGO ecce, v. 4. re ipsa conjungenda puto cum sequentibus: Et eris pater multitudini gentium; ut hic sensus sit; Ego, ille, qui sum יְהוָה & quia talis sum, faciam te patrem multarum gentium, quae similiter tibi per hanc means aut agnoscam beat poterunt. Itaq; Deo dum has suas divitias propoluit, eas Abrahamo profuturas esse citra controversiam promisit, taciteque jussit, ut se tales esse crederet. Omne enim verbum Dei loquentis vim habet legis, qua Deus illi verbo ut fides habeatur, precipit. Sed & disertis verbis Deus ab Abrahamo, quid fieri velit, postulat, quaque conditione aut agnosca sua illi salutaris futura sit, exponit: Ambula inquit, coram facie mea, & esto integer. Nimirum sic Deus Abrahamum vera fide Filio suo adhaerere, & sanctificari studiosum esse voluit, quod unum nunc demum qua fieri potest brevitate explicandum & probandum superest:

§. XIV.

Quid sit facies Dei, Quod igitur in hoc loco primarium est, loquitur Deus de facie sua. Quo nomine omnino Filium Dei significari, cognoscemus facile, si alia quædam loca simul inspexerimus. Facies enim Dei est ille, quem Apostolus vocat explicatur, εὐνόη τε θεοῦ ἀπόστολος Col. 1, 15. quem qui videt, Patrem videt, Joh. 14, 9. seu ut in eodem scriptore sacro, MOSE ac in eodem vocabulo tesquæratur facies Dei est ille magnus Angelus, Jehovah, qui populum Israeliticum ex Aegypto in terram Canaanam eduxit. Qui enim hoc nomine Facies insignitus est, Exod. 33, 14. 15. is ipse Jehovah divinissimum nomen habet, Num. 14, 14. atque idem est sine dubio, qui ante a frequentius Angelus appellatus annis XL. in columna nubis & ignis populi sui, quem voluit sui peculii primitias esse, ductor fuit. Hic autem minime diversus est ab eo, quem Propheta duobus ex illo, quem modo vidimus, ternario delectis atque conjunctis nominibus vocat וְאֵל יְהוָה Angelum faciei divina, Es. 63, 9. hoc est, eum, in quo omnis Dei perfectio conspicitur. Quis autem hic fuerit, satis explicant verba proxime sequentia, quibus docetur, eum servasse Israelitas & iure propinquitatis vindicasse seu redemisse. Atqui hoc tantum Filius Dei competit. Ergo Filius Dei est Facies Dei. Neque jam obstat,

stat, quod opponi posset, si *Filius* pro nostra expositione sit *Facies Dei*, eum
qui dicatur ἄγγελος *Faciei* oportere legatum esse illius, qui si *Faci-*
es Dei, puta *Fili*, ac proinde ab eo diversum. Nam phraseologia Hebræa
hic quidem satis patitur, ut *Angelus faciei* per appositionem Grammaticam sit *Angelus*, qui est *Facies Dei*, sicut e. g. Ps. 16, 5. ἐπειδὴ τὸ quod de
Deo dictum est, non est pars portionis, sed pars qua ipsa portio est. Pro-
fecto enim gloria Dei & utraque, quæ paullo ante explicata est, non sinit
eum, qui plusquam integræ beatæ hereditatis sortis est, tantum illius par-
tem esse. Quanquam, si in rem accuratius introspicio, (dummodo hoc
non sit nodum in scirpo quererere) voces πνεῦμα malo per conversum nem
interpretari, *portio* *partis meæ*, vel secundum Celeb. C. c. ejus, *assignatio*
sortis meæ, ut nempe intelligatur *portio parata* & constituta seu numerata
(id enim præ se fert τὸν) quam Christus, de quo ibi sermo est, habiturus
est ex ea hereditatis divisione, qua ipsi & fidelibus ejus suum cuique de-
signatum esset. Utinique autem est, si quis hoc exemplum minus va-
lere existinet, alia suppetunt, qua huc pertinent; velut cum δῶρον pluvia
imbris dicitur Zach. 10, 1. id est, pluvia, qua imber est. Cujusmodi est
quoque ἀπόστολος πειραὶ iniquitas peccati mei, Ps. 32; 5. id est, iniquitas, quod pec-
catum meum est. Talia sunt ex N. T. Hebraizante in locis 2. Thess. 1, 8.
2. Pet. 2, 17. quæ omnia Dōctissimus quondam *Salomon Glassius* in Phi-
losophia Sacra systemate, unde hæc excerpta sunt, non male ad emphasis
majotem indieandam ita conjuncta esse judicat. (a) Concludo igitur,
Angelum faciei divina non modo ex rerum attributatum proprietate, sed
etiam salva lingue sanctæ indole etum esse, qui ipse *Facies Dei* est, & vi-
cisim *Faciem Dei* esse, qui alibi *Angelus Faciei* vocatur, & utraque haec
appellatione *Christum Filium Dei* significari. Q. E. D.

§. XV.

Jam sequitur, ut, quid sit *ambulare coram facie Dei*, explanetur. Quod sit am-
bulare coram facie Dei, significat actionum frequentiam ex vero a-
nimis proposito peritam, sive quod idem est, intimum animi sensum in actio-
num frequentia demonstratum. Etgo ambulare coram facie Dei hoc modo
idem esset, quod περιπατεῖν εἰς χριστὸν ambulare in Christo Col. 2, 6. id
est, in omnibus suis actionibus cognitionem & amorem Christi ipsis operibus
demonstrare. Saltem hæc phrasis hoc nostro in loco eundem sensum
habeat oporet, ac Gen. 5, 22, 24. ubi primo omnium de Henochio similiter
legitur,

(a) Vidi Lib. III. Tract. I. Cap. 320

legitur, quod ambulaverit בָּנֵי נְהַרְיָן cum, vel quemadmodum est Pl. 16, II. coram Deo. Quarum vocum significatio Theologica & nervosa in prima illa sede statim apparet ex eo, quod is qui coram Deo ambulaverat, Henochus, propterea in cœlestem vitam translatus scribitur. Ergo ambulare coram Deo est illud, unde aeterna vita est, nempe aut fides aut necessarium effectum fidei. Optimum vero, sed omnino consentientem hic interpretem habemus Apostolum Hebr. 11, 5. Is enim pro more scriptorum N. T. qui passim phrasum Veteris Test. non sonum sed sensum & vim latoribus saepe limitibus circumscriptam sequuntur, exposita est per ἐναγεσεῖν τῷ Θεῷ Deo beneplacere. Atqui Deo placet ne mo potest, nisi per fidem, eod. cap. vers. 6. Igitur necesse est, ut qui ambulat coram Deo, is fidem habeat salutarem, vel ut ipse actus ambulandi coram Deo fides sit. Itaque in nostro loco, cum Abrahamus aliquando apertius & significantius coram Facie Dei ambulare jubetur, sine dubio sanctæ voluntatis frequentissima actiones NB. ex fide in Christum oriunda præcipiuntur, nempe, ut is fidem suam, cuius effectum jam erat exitus ex Ure Chaldaeorum, Heb. 11, 8. quamque supra Gen. 15, 6. disertis verbis indicatam esse minimus. & continuaret & demonstraret. Quemadmodum vero in illis verbis sanctarum actionum modus seu fundamen. um & origo describiatur, ita in proximis בְּנֵי נְהַרְיָן esto integræ etiundem plenitudo, seu perfectum sanctitatis studium cum sincero erga Deum amore mandatur. Quæ omnia ut jam tandem ad propositum scopum dirigantur, facile est exhibis, quæ haec tenus a me disputata sunt, colligere, fides Dei cum Abrahamo factum, ex quo ipse aeternam salutem sperare potuit, plane simile ficereri, ex quo omni posteriori tempore salus data est. Nam (a) sub V. T. similiter conditio adiustitiam & vitam habendam necessaria erat fides, Habac. 2, 4. in eaque Deus se desponsavit Ecclesia suæ, Hos. 2, 20. Et sicut fidei proprium est respicere Faciem Dei, ita & justa reciprocatione oculi Dei tunc respiciebant fidem, Jer. 5. 1. Imo, si eadem quoque quæ apud Abrahamum leguntur, requirimus, tunc etiam præceptum Dei erat, ut facies Dei quereretur, Psal. 27, 8. 9. Quod si tempus Evangelii, & quæ eo pertinent, scripta Novi Test. contuemur, in his nihil frequentius apparet quam fidei in Christum commemoratione. Nulla hic pagina est, quæ non hanc fidem & quæ cum ea sunt connexa vel explicit vel præcipiat, & salutem inde pollicetur. Quomodo autem ea se habeat, cum ex multis locis, tum potissimum ex Act. 15, 9. Rom 4, 5, 6, 7. & cap. 5, 18, 19. Gal. 2, 16. Eph. 2, 8, 9. discimus. Deinde (β) quod ad plenum sanctitatis studium Abrahamq mandatum attinet, certum est, licet consummatisimam sanctitatem

tatem

tatem in hac terra allequi nemo mortalium possit, omni tamen tempore sequenti præceptum de voluntatis integritate & studii perfectione locum habuisse. Sic qui Deo fœderati erant sub V. T. horum erat Deum amare & colere toto animo Deut. 6,5. & c. 10,12. & c. 11,13. & c. 30,2. בְּכָל לְבָבֶךָ וּבִשְׁרֵךְ Jos. 22,5. Quo sensu David ambulasse coram Deo scribitur in integritate animi & rectitudine 1. Reg. 9, 4. Ita quoque in Nov. Test. 2 Christo præcipitur ἡλεῖταις perfectio, Matth 5, 18. secundum quam is non modo amicū verum etiam inimicum amari & sic partem unam & alteram debiti officii impleri voluit. Conferantur eam in rem, quæ leguntur Phil. 3,12. Apoc. 3,2. ac præcipue 1. Thess 4, 1. ubi προστατεύεται recte ambulare & ἀγένειν δρός p' acere Deo, nec non μᾶλλον προστατεύεται magis abundare, eadem nimirum, quæ in loco nostro Gen. 17. videtur, eleganter conjuncta sunt. Summa igitur omnium dictorum hæc est: fœdus illud quod Deus cum Abraham junxit, quatenus ad ipsius salutem spectavit, re ipsa omni ex parte simile fuisse fœderi, quod postea cum hominibus salvandis unquam factum est: Undehoc postremo efficio, NB. Si jam seminis Abrahāmi & præcipue filiorum prima etate morientium salutem ex illo fœdere probaverimus, ad eundem quoque modum gratia divina & salutis progressum ad quorumvis credentium liberos, qui in infantia deducunt propter fœderis similitudinem necessario statuendum esse.

§. XVI.

(2) Quæ igitur huc spectant, fundata sunt in promissione Dei, quæ evidentissimis verbis exposita est Gen. 17,7. Hic Deus se Deum Abrahāmi rientes salutem habuerunt ex illo fœdere. & seminis illius fore pollicetur, significantissima sane phrasī, qua omnia beneficia salutaria, redemptio, sanctitas, vita, & quidquid omnino boni a Deo ad hominem redire potest, significatur. Vide Jer. 30, 21. 22. &c. 31. 33. Ezech. 20, 12. 20. Matth. 22, 32. Ea autem promissio Dei cum generaliter ad semen Abrahāmi referri debet, tum præcipue respexit semen ex Isaaco oriturum, & specialius etiam etatem infantilem. Nam masculi, ut circumcisio notam, signum fœderis & justitia fidei sigillum, jam octavo ætatis die in corporibus suis haberent, divino mandato sancitum est. Ex quo colligo, si Abrahāmo præter Ismaelem & Isaacum alii multi liberi fuissent, iisque omnes prima infantili etate ex hac vita deceperint, gratiam Dei ab Abrahāmo ad hos omnes sine discrimine cum plenissimo æternæ salutis effectu certo progressuram fuisse. Id vero ut jam tandem solidis rationibus firmetur, volo benevolum lectorem animadvertere hos paucos, quos ad liquidam veritatem omnium animis persuadendam idoneos arbitror.

C

18

De gratia divina progressu

tror, indubitatos canones, unde quod demonstrandum est, sua sponte consequetur. I. Cum Deo veram esse fœdus cum homine pacificandum per verbum externum proponere, certum est, illos tantum ad fœdus accipendum obligari, qui verbum & doctrinam in eo traditam nec non fœderis conditiones postulatas & bona promissa intelligere possunt. Hæc veritas fundata est in Dei justitia & sapientia, quæ vult, ut operationes sequantur rerum naturam. Sic Deus non vult verbum, quod sine ratione interligi non potest, propo-ni lapidi & bestiæ, sed homini, quem fecit ratione præditum. Itaque nec vult quemquam assentiri suo verbo, quem ex necessitate naturæ inhabilem esse novit ad illud cognoscendum. Solus igitur, qui intelligere verbum potest, verbo obligari potest. II. *Qui intelligere fœdus divinum ex verbo Dei ex iuxto hand possunt, ii neque accipere illud possunt, neque rejicere.* His canon fere similis est priori, probaturque ex eo, quod aetior enim voluntatis necessario præcedit intellectus. Quod ignotum est, quamdiu tale est, id nec amare poteris nec aversari. III. *Quamprimum homo, qui poruit, fœderi Dei adstipulatus est, id ratum sit oportet, ut bona promissa certissima a Deo expectari possint.* Ipsa enim Dei promissio Deum obligat ad ex quendam premissum. Verax enim est & fidelis Hebr. 6, 17, 18. 1. Thess. 5, 24. neque se abnegare potest 2. Tim. 2, 13. Quare & ipse proprium sibi & excellentissimum nomen *yehovâ* a reium promissarum certa executione explicavit. Exod. 6, 3-7. Hoc jacto fundamento facile jam prævideri arbitror, quid de salute seminis Abrahami statuendum sit. Nimirum ies ipsa loquitur, cum Deus in repetito illo fœde se *Abraham & semini eius Deum futurum esse promisisset, Abrahamum solum, qui hoc verbum Dei intelligeret, obligatum fuisse ad fidem illi habendam, secundum Can. I.* liberos autem infantes, si qui fuissent, neque obligari ad fœdus neque omnino id accipere aut rejicere potuissent, ex *Can. I. & II.* Præterea certum est, illum Patrem creditum revera huic fœderi fuisse adstipulatum, non modo, quatenus ad ipsius salutem spectabat, sed etiam quatenus ad salutem sui seminis. utraque enim salus simul in eo comprehensa erat. Cum igitur utriusque partis habito respectu adstipulatus esset, oportuit etiam fœdus in utriusque parte ratum esse, nempe ut post hac & suam & seminis salutem inde quam certissime expectare posset. *Can. I I.* Ergo liberos infantes habuisset in illa primæ ætatis invincibili ignorantia demortuos, qui ipsi in vita fœdus & verbum Dei rejicere non potuerunt, sicut dictum est, manuisse effectus promissionis divinæ ratus secundum Abrahami patris adstipulationem, id est, *gratia divina vim* infantes in morte fuissent persensuri. Mors enim est tempus iudicij divini, Hebr. 9, 27. Itaque in

In morte illis Deus adjudicasset salutem, quam in foedere promiserat. Neque objici potest, fortassis voluntates illorum repugnasse divinæ voluntati, quæ per interiorem Deiloquelam in conscientia iis potuerit innotescere. Nam hic ex occulta quadam Dei & ignota actione seu verbo interno nihil derivandum est, ubi res omnis secundum verbum externum idque satis cognitum merito est judicanda. Si enim hac in re Deo placaret per secretam loqueland agere cum homine, nihil opus fuisse verbo externo. Hoc ergo postquam propositum fuit Abrahamo, quis dubitet, quoniam & Deus secundum illud semini ipsius infantili morienti salutem adjudicatus fuisset. Conf. Rom. 2, 16. Joh. 12, 48. Apoc. 20, 12. Alibi autem, ubi externum preceptum, verbum promissio aut comminatio non est interiore Dei loqueland in conscientia libenter concedo. Quo pertinet illustrissimus locus Rom. 2, 12. & seqq. Sic enim ibi Apostolus: *Qui sine lege peccaverunt, id est, qui legem scriptam seu verbum aliquod externum non habentes tantummodo contra conscientia dictamen, seu internam Dei legem conscientia inscriptam peccarunt, etiam sine lege peribunt, i.e. his nulla condemnationis causa ex scripta lege proponetur. sed conscientia sola hos accusabit & condemnabit v. 15. Quicunque autem in lege peccarunt, i. e. qui a data sibi & cognita lege recesserunt, NB per legem judicabuntur i. e. secundum legis illius notæ comminationem poena afficiuntur. Ego igitur huic loco similiter ita argumentor: Si quicunque legem habent externam, secundum eandem judicabuntur seu condemnabuntur, necesse est, ut quicunque verbum promissionis habent externum, etiam secundum illud divinae promissionis effectus potiantur.*

§. XVII.

Sed restat, ut hoc etiam demonstretur, liberos Abrahami, si in infinita mortem obiissent, sine discriminione omnes servandos fuisse ex illo foedere. Quod non difficulter puto intellectum iri, sic cogitetur, ex eadem causa in eadem re diversa effectus non posse fieri. Atqui hic est eadem Abrahami fides, quæ eadem Dei promissione nititur, idem est liberorum, de quibus hic agimus status, sunt enim ex hypothesi omnes infantes & infantili aetate morientes. Ergo si ex his liberis eodem modo se habentibus quidam propter eandem causam videlicet patris fidem, seu potius propter eandem Dei promissionem patris fide apprehensam servandi fuerunt, cur igitur non omnes ceteri aetate & statu similes similiter salutem fuisserent obtenturi? Profecto, si omnia circumspicio, nullam hicalicujas exceptionis causam

De gratia divina progressu

causam invenio. Nam Deus, qui in his in Abrahami *semem* *Isaaci* & *Iosue* in suo semini distinxit, atque in infantilem aliam ad alia non distinxit. Ut proinde minime assentiri possim doctissimis viris, qui cum infantes a Deo ad aeternam salutem electos salvare existiment, tacite sic quosdam alios neque tamen illis dissimiles, non electos esse posse, videntur credere. At ego ea qua decet pietate & modestia arbitror, hoc ipsum electionis divinae indicium futurum fuisse, si Abrahams patris in Christum Salvatorem credentis liberi prima aetate infantili diem suum obiissent. Ita enim optimus Deus demonstrasset suam promissionem secundum verbum externum fidei parentis obsignatam esse, neque jam liberorum incredulitatem & impietatem illi verbo & foederi contrarium intercedere. Itaque quemadmodum non placeret, si quis ipsorum in Christum credentium salutem ea demum conditione certam esse diceret, si ad salutem electi essent; aut si quis de quorundam credentium salute ex eo vellet dubitare, quod electio incerta esset, quasi vero fides non sit certum indicium & effectum electionis Act. 13.48. Eph. 1.4. Ita quoque siis accedere non possum, qui aliquorum infantum salutem, quam ego ex certa Dei promissione per parentum fidem acceptata certo sperati posse affirmo, a dubia Dei electione suspendunt. Quod si fides parentum semper certum fundamentum est spei de ipsorum salute, quando promissionibus divinis, quae ad ipsos pertinet, nituntur, cur igitur eadem fides parentum aliquando falli possit, si ex ejusdem foederis promissionibus etiam omnium liberorum suorum, qui foedus Dei rejicere non possunt, salutem pio animo expectant atque desiderant? Merito igitur ex his concludimus, Abrahams omnes & singulos liberos in infantia decadentes sine discrimine ex foedere Dei salvandos fuisse. Quo vero modo fides parentum cum sua & filiorum suorum infantium salute sit connexa, infra in fine hujus materiae breviter explicabitur.

§. XVIII.

Hac pro- *Nunc* locus exigit, ut quid ex proxime disputatis concludendum missio de in- sit, benevolum lectorem meminisse jubeam. Cum enim supra demon- faniū sa- straverim, illud foedus, ex quo Abrahamus salutem obtinuit, simile fu- tute ad pe- nisse foederi, ex quo omnes alii postea servati fuere §. 13.14.15. & cum dein- steriora ex- de in his propioribus paragraphis expositum sit, ex eodem foedere, sponja est. quod Abrahomo salutare fuit, hunc quoque liberorum infantili aetate morientium salutem certo sperare potuisse §. 16.17. nunc demum manife- sta est consequentia, quae supra anticipata est, eos omnes, qui *Abraham* *similes*

ad posterum credentium.

21

similes sunt respectu propriae fidei & salutis, illi etiam similes esse oportere respectu liberorum. Sicut enim haecenius aliquoties similium similem rationem esse ostendi, ita & hic necesse est, ejusdem foederis utrobique eosdem effectus esse, ubi similis causa est, puta parentum fides. Itaque si nusquam alibi scriptum esset, quo modo secundum foederis Abrahamici exemplar quorumlibet fidelium soboles servanda sit, tamen ex illa convenientia, quam observavimus, rem nostram haberemus expeditam. Verum Deus pro sua bonitate hanc veritatem certis & evidenter testimoniosis abinde confirmatam Ecclesiae suae tradi voluit. Primum enim, quod toties a nobis dictum est, disertis verbis legitur, Abrahamum multatum gentium Patrem à Deo constitutum esse Gen. 17. 4. 5. Et quid illud sit, explicat Apostolus, cum eum Patrem ait esse & eorum, qui in proprio similiter crediti essent, & ceterorum etiam, qui circumfusione futuri erant ab aliis distincti. Rom. 4. 11. 12. Et eo quidem ex ejusdem Apostoli sententia paterni nominis significatio spectabat, ut omnibus similiter credentibus cum illo fidelipatre benedicetur. Gal. 3. 8. 9. Ergo hoc modo illam eandem Dei gratiam, quæ Abrahamo salutem attulit, etiam fidibus Vet. & Nov. Test. promissam esse evidenter cognoscimus, nempe ut non tantum ipsis in se considerati cum illo patre communionem fidei & salutis haberent, sed etiam ut secundum ejusdem exemplum gratia divina progressum ad sobolem suam ita ut supra expositum est, sibi polliceri possent. Nam si illud dulce nomen Patris ea beneficia per gratiam Dei ab Abrahamo derivaturum erat ad hos filios utriusque temporis, oportet, ut qui patri Abrahamo similes futuri erant, in his etiam paternum nomen efficax redderetur ad gratiæ divinæ beneficia ulterius ad naturales filios suos derivanda, quemadmodum id in Abrahamo factum fuit. Praterea cum se Deus NB. Deum Abrahami, Isaaci & Iacobi appellat, idque suum nomen memoriale in seculum, & NB. יְהוָה in generationem generationis futurum esse ipse proficitur, Exod. 3. 15. quid aliud sic promittitur, quam eandem omni tempore gratiæ divinæ demonstrationem & continuationem fore, quæ fuerat apud Abrahamum & filios ejus, qui nimis ob hanc ipsam causam una cum patre Abrahamo commemorati videntur, ut vel sic gratia Dei ad liberos fidelium progressus omni tempore futurus NB. ex primis & ultimis verbis certius cognoscatur. Quod igitur hoc modo promissum est, id vere sub Vet. & Nov. Test. semper locum habuisse, nunc ex clarissimis testimoniosis nullonegotio discemus,

C 3

S. XIX.

18.

§. XIX.

Quod ad veterem Dei Oeconomiam attinet, observandum est ante omnia
Speciatim ad Vet. Test. per legem, quæ ad promissionem accessit, banc minime sublatam fuisse. Gal. 3.
 17. Manserunt igitur omnes Dei promissiones, quæ ulla in re antea patribus factæ erant, ac tantum abest, ut ea sub V. T. abolerentur aut labefactarentur, ut potius tunc & postea magis magisque fuerint impletæ.
 Quamobrem & promissio Dei de gratia progressu ad parvulum fidelium liberos & maxime infantes sine dubio tunc temporis conservata est, ut hisimil cum parentibus foederi Dei essent innexi. Hinc cum in solemnis populi Israelitici conventu paulo ante Mosis obitu n foedus illud renovandum & in totum ævum Oeconomiæ Mosaicæ sanciendum esset, parvuli quoque aderant, & rursus ea, quæ patribus Abrahamo, Isaaco & Jacobo olim missa fuerant, repetita sunt. Deut. 29. 11. 13. Ex omnibus autem locis, unde hanc in rem argumenta peti possunt, nihil nervosius suppetit, quam quod scriptum est Ezech. 16. 20. 21 & cap. 23. 37. 39. Ibi enim, cum Deus justissime conqueritur de pessimis parentibus, qui liberos suos horrenda superstitione & impietate Molocho immolaverant, memorabile est, cum hos crudelissimorum parentum filios suos appellare, & sibi genitos. Hac vero phrasis, qua homines filii Dei dicuntur, sine dubio ex gratia Dei significationem habet. Nam sicut is populus Dei est, cuius Jehovah Deus est. Jer. 31. 33. ita filii Dei sunt, quorum Deus propius Pater est, quos Spiritus Dei agit, qui heredes Dei & coheredes Christi sunt Rom. 8. 14. 15. 17. Conf. & Hes. 1. 10. Ad minimum autem in locis Ezechielis illi sunt intelligendi, qui Deo debebantur ex foedere, ac proinde alibi, Moloch, licet immolandi sanctorum Dei vocantur. Lev. 20. 3. Itaque si Deus impiorum parentum, qui tunc tantummodo in externa Ecclesia vivent, sibi genitam & suam esse professus est, quid jam ex stimabimus de filiis eorum, qui vere in foedus Dei transiverunt, quosque amor sui & prolis sua impulit, ut eam gratia divina toto animo commendarent, ac Deum non modo suum sed & seminis sui Deum esse plena fide optarent atque desiderarent. Magnam profecto injuriam faceremus verbo & gratia Dei, si de infantum a talibus prognatorum & infantili ætate mortuorum salute vellemus dubitare. Nequid autem omnino incerti remaneat, adjungemus notissimum illud exemplum infantis, quem David Rex, cum legis divina orbita excessisset, per adulterium ex Bathseba suscepserat 2 Sam. 12. Quæ historia sicut unica est in sacris litteris,

ubi

ubi & infantis alicujus mors, & illud simul, unde Ratus post mortem indicium aliquid peti posuit, describitur, ita certum esse videtur, Deum ideo fatis accurate eam sacris scriptis consignati voluisse, ut in illius temporis Ecclesia fideles parentes certam de infantium salute spem & consolationem haberent. Quidnam igitur argumentum est, quo illius mortui infantis salus probetur? Evidenter libentissime iis assentior, qui rationem adferunt ex verbis Davidis, qui se *ad illum filium suum vadere* aiebat. Nisi enim de industria evidentissimo verborum sensui repugneamus, illud vadere *ad filium* necesse est, ut eodem modo significet filiolum Davidis *ibi esse*, quo David suo tempore preventus erat, ac proxima verba, quibus infantem non esse *ad Davidem redditurum* dicitur, *infantem in domum patris sui* rerurum non esse indicant. Alterum autem argumentum est ex eo, quod David Bathsebae uxoris animum leta consolatione erexit, eod. cap. v. 24. Fecit nimis David, ut ea tristitiam suam deponeret. Ergo & caussam tristitiae removit. Sine dubio autem caussa fuit ex fatali morbo & morte filii, cui itam Dei yel post obitum incumbere probabiliter suspicata est. Sunt enim matres suorum filiorum admodum amantes, adeoque hic etiam tristitiam ortam esse oportuit ex eo, quod naturali amori & desideriis plane contrarium fuit. Itaque consolatio Davidis in eo posita fuit sine dubio, quod allatis argumentis Bathsebae uxori salutem filoli persuasit. Addo & hoc: Si ex Davidis de morte Absalom filii sui degeneris querel saque ex dolore illius nihil boni de Absalom salute ominamur, Heic contra ex Iudeo Davidis omnibus verbis & factis, unde in morte filii adquescentem cognoscimus, certam de gratia Dei erga infantem demortuum spem concipimus, et si adulteri patri fuit filius. Qua occasione non per illum non commemorare sapientiam Dei, quam in tradenda veritate, quae nobilior est, declarat. Video enim passim proponi in verbo d'vno exempla rerum graviora & plus habentia difficultatis, ut ex illo cognita veritate, eo certius deinceps, quod minus vel facilius est, innotescat. Sic e. g. ut probetur *omnium hominum voluntates esse in manu Dei*, ad tertium exemplum regis, *cujus cor in manu Dei esse* affirmatur, Pro. 21. 1. Ita quoque ut demonstretur, Deum liberam in singulos homines potestatem habere, adfectur exemplum populi Iudaici & aliorum, quorum fata ex liber Dei gratia derivantur Rom. cap. 9. 10. 11. Quomodo haec argumentatio esset: Si regis nulliter est domino subjecti voluntas in manu Dei est, quanto magis aliorum hominum, qui imperio sunt adscuti! Si totorum populorum fata ex Dei voluntate pendent, quanto magis hominum singulorum!

18.

singulorum! Ergo in præſenti materia ad eundem modum dico: Si de impiorum parentum filiis, nec non de iis, qui aliquando ex parentum gravissimo peccato nati fuerunt, tam bona & salutaria leguntur, quanto magis certissima spes fuit de eorum salute, quorum parentes sub Vet. Test. si de & recta animi pietate præditi ab ea culpa longius absfuerent.

§. XX.

*Nec non ad
novum.*

A veteri Testamento progredior ad novum, quod tempus est, quo omnibus Dei promissionibus quasi concumulatis gratiæ divinæ vis quo-cunque modo considerata, vehementissima & purissima apparuit. (Vid. §. h. disserr. 2. in f.) Hoc sensu in Jesu Christo confirmata sunt promissiones patrum, Rom. 15.8. & in ipso omnes Dei promissiones sunt NAE & AMEN 2. Cor. 1. 20. Itaque licet de parentum Christianorum semine nihil in Novo Test. scriptum haberemus, esset tamen certa veritatis cognitio ex iis gratiæ beneficiis, quæ in V. T. locum habuerunt. Quidquid enim hic ullo modo fuit salutare, id multo maxime ad novam hanc gratiæ Oeconomiam proferti oportuit. Sed hic omnino etiam illustria & notissima de salute infantum sunt testimonia, quorum unum, ex ipsius benignissimi Servatoris ore acceptum, inſtar omnium est, quod vel sine ceteris nobis abunde satisfaciens. Id tres Evangelistæ habent Matthæus, c. 19. 13 - 15. Marcus c. 10. 13 -- 16. Lucas c. 18. 15 - 17. ubi hi omnes puerulos seu infantes narrant ad Christum allatos suis, eos nimis, quos bini priores παιδια, Lucas βρέφη appellant. Quibus vocibus primam & plane infantilem æratem significari, facile perspicimus ex Matth. 2. 11. Luc. 2. 16. 21. Hebr. 11. 23. 1. Pet. 2. 2. Act. 7. 19. in quibus omnibus locis eadem vis est vocabulorum παιδιον & βρέφος. Afferebantur igitur ad Christum, ut is manus suas illis imponeret, id est, ut gratiam Dei hoc antiquo ritu vel appre- caretur vel impertiret. Quod Christus perliberenter fecisse scribitur, postquam discipulos, qui illud puerile negotium magistri sui gravitate indignum rati antea obſtitabant, increpasset, iisque τοισδε ταλιum esse re-gnum celorum respondisset. Ergo eo res omnis redit, ut hic recte expli-cetur, quinam illi sint, qui tales appellandi sint? Evidem meam ut breviter sententiam dicam, illi τοισδε sunt tum pueruli tum adulti, quos utrosque illis, qui in historia narrantur puerulis & infantibus similes esse oporteat. Ut enim hic etiam adultos, qui puerulis assimilandi sint, intelli-gam, jubet appendix verborum Christi Marc. 10. 15. ubi qui regnum Dei accipere debeant, velut infantes, omnino adulti sunt. Quanquam hoc de adultis neque solum est, quod ibi agitur, neque primarium. Nam ver-borum

borum connexio & scopus, ac res ipsa declarant Christum pro illis, qui sibi oblati fuerant, parvulis dixisse, & his etiam alios *erate & statu similes* solos ab eo tales vocari, eo maxime, cum id per quod adulti revera sunt tales, in parvulis, & quidem in illis, de quibus in historia Evangelica sermo est, primum quarendum sit. Ergo ut ad rem veniam, quia pro *rerum aut personarum*, de quibus aliquid dicitur, diversitate, etiam illud, quod dicitur, diverso modo intelligi debet, ideo hoc esse tales alium sensum habet in *puerulis*, alium in *adultis*. *Pueruli* seu *infantes* *TALES* sunt, qui sicut illi in Evangelio a parentibus ad Christum adferuntur, qui graria ejus commendantur, qui sic venire ad Christum. Ita enim Servatori idem est, *ad se adferri & ad se venire*, cum unum per alterum eo in loco explicet. *Adulti autem TALES* sunt, qui animi simplicitate & integritate infantibus similes sunt, atque etiam ad Christum veniunt, sed ita, ut ipsi scientes & volentes eo modo, qui illorum natura, intellectui, & voluntati conveniens est, accipiunt regnum Dei, id quod verbo *δέχεσθαι* significatur. Hec brevis explicatio est, qua verbis & menti Christi puto satis fieri, & magis quidem, quam si vulgaris sententia teneatur, videlicet eorum, qui, cum vocem *τοιστῶν* exponunt, tantum harent in *innocentia & simplicitate* infantum, neque ad illud primarium veniunt, secundum quod potissimum infantes tales dici possunt, qui ita, ut illi in historia Evangelica, Christo offeruntur. An enim est credibile, regnum celorum addictum esse promiscue omnibus & singulis infantibus, properea quod tantum infantes sint, & infantili innocentia, quæ tamen vitii naturalis expers non est, illis, qui in Evangelio memorantur, similes? Profecto hic amplius quid Christum intelligere, mihi persuasissimum est. Imo si de *adultis* sermo sit, ne in his quidem infantilem simplicitatem puto sufficere, nisi conjuncta sit cum studio *ad Christum veniendi*. Quamobrem merito vehementer admiror, cur viri docti, qui in horum locorum Evangelicorum explicatione versati sunt, fere omnes hoc principium & primarium omiserint. Sic enim multos hac de re libeat inspicere, is quemquam qui hanc sententiam sequatur vix inveniet, praeter celebrem quondam Theologum *Victorinum Strigelium*, & *Danielem Toffanum*, olim de hac ipsa antiquissima Academia bene meritum. Quid ad priorem attinet, sic ille in *Hypomnematisbus*, quæ in N. T. scripsit, in Marc. 10. p. 127. *Talium*, *τοιστῶν*, inquit, id est, *eorum*, qui ad me adferuntur, super quos nomen meum invocatur. Et similiter in Luc. 18. p. 209. *Talium*

D

lunum

18.

lium, ait ille, id est, eorum, qui ad me adferuntur, qui de manu parentum in manum meam fidem præstantem traduntur, regulari er quidem per baptismum & invocationem, extraordinarie vero in casu necessitatis per solam invocationem. Quibus plane consentanea habet Tossanus, in Praelectionibus in h. l. Matth. c. 19. p. 277. Illa verba, inquit, talium est regnum cœlorum, non promiscue de omnibus infantibus intelligentur, sed talium, qui scilicet sunt filii credentium, & NB. ad Christum veniunt. Talibus igitur solis cum regnum cœlorum promittatur congruenter illi Servatoris dico, quo ad se venientem nequaquam foras ejectum iri pollicetur, Joh. 6.37. hinc, si etiamnum Christianorum parentum soboles talis sit, qualis illa fuit, de qua dictum est, nimirum $\tau\alpha\delta\alpha\kappa\omega\beta\zeta\phi\eta$ pueruli & infantes, Christo Servatori a parentibus oblati, ut sic omni modo sint tales, valebit sane, quod dictum est de talibus, id est tales morientes Christus sua gratia complectetur, eosque sanctos & beatos efficiet; id quod jam tandem ex superioribus erat concludendum. Venirem nunc ad alia argumenta, quæ sunt i. Cor. 7.14. Act. 16. 31. aliisque in locis: Sed brevitatis studio malo illorum longiori expositione abstinere, & ad reliqua absolvenda preredi.

XXI.

*Quo modo
parentum
fides cum
salute in-
fantum sit
connexa.*

Jam enim postremo illa quæstio merito est definienda, quo modo parentum Christianorum & aliorum omnium, qui olim fuerunt, fides cum liberorum suorum infantum salute sit connexa? & specialius, an inter parentum fidem & liberorum salutem idem connexionis modus sit, qui est connexa. inter ipsorum parentum fidem & propriam eorum salutem? Cui quæstioni ut recte respondeatur, tenendum est hoc primum, fidem adulorum, eorundemque sanctitatem & salutem esse necessario connexa. Nimirum posita Christi obedientia, & perfectissimo $\delta\mu\alpha\omega\mu\alpha\lambda\iota$, ex justitia Dei & naturali sanctitate necesse est, ut inde sit $\delta\mu\alpha\omega\mu\iota\sigma\zeta\omega\zeta$ Rom. 5.18. sive, ut qui per fidem habent Christum, his cum Christo omnia donentur quæ ad salutem necessaria sunt Rom. 8.32.33. Adulorum enim vel parentum, de quibus hoc loco agitur, fides, qua ipsi inseruntur Christo, necessario fructum salutarem trahit ex illa conjunctione cum Christo, quandoquidem omnia, quæ Christus fecit ac passus est, ex meriti præstantia & dignitate non ipsi utilia sunt, sed iis omnibus, qui illi dati quique cum eo conjuncti sunt. Christus enim neque naturæ suæ divinæ neque humanae aliquid internum mereri potuit; non divinæ, quia hæc ex sum-

mx

maxime perfectionis necessitate omnia eaque summa bona possidet; non humanæ, cum & ipsa in arctissimæ communione cum divinitate per consummatissimam sanctitatem à primo statim conjunctionis momento omnem beatitudinem habere potuerit. Quanquam hoc omnino dicendum est, Christum id vere humanitati suæ meruisse, ut postquam peccatum in ipsis carne condemnatum erat Rom. 8. 3. iunc deum jus haberet suavissimo conjunctæ secum divinitatis sensu perfundi, quod antea non poterat, cum peccatum electorum illi impositum hunc nèxum beatitudinis ex intima præsentia τοῦ λόγου habendæ aliquamdiu sustulisset. Itaque ut ad rem redeam, ex merito Christi, quod aliis necessario prodeesse debuit, fides hunc fructum educit, ut in ipsis credentibus *sanc&titas & salus* restituatur. Cum enim duplex peccati vis & protestas sit, una, ex qua *regnum peccati* est, Rom. 6. 14. 16. Joh. 8. 34. 2. Pet. 2. 19. altera, ex priori cœta, qua peccatorem ad *mortem* condemnat, Rom. 5. 12. & cap. 6. 23. 1. Cor. 15. 56. oportet, ut Christus, peccatum condemnando, illi utraique hanc potestatem & vim abstulerit. Unde primo necesse est, ut peccatori in Christum credenti *sanc&titas* restituatur; quo sensu *fides corda*, nimur ea, quibus inest, purgare dicitur, Act. 15. 9. deinde, ut redditâ plenissima sanctitate propter necessarium nèxum, cuius in Deo ipso fundamentum est, etiam plena beatitas sit. Itaque Deus, postquam parentum fidem in Christum decrevit, NB. non potuit non efficiendam ex ea sanctitatem & salutem iisdem decernere. Sed aliter se res habet in connexione *fidei parentum & salutis liberorum*. Heic enim fides parentum eandem proximam efficientiam non habet in liberis infantibus, quam in ipsis parentibus. Quamobrem sicut parentes per *suam fidem* cum Christo conjunguntur & sic necessarium fructum inde capiunt, non ita eodem actu eademve efficientia illa parentum fides liberis Christo interit, neque horum animos ad sanctitatem excitat. Si enim hoc esset, nulli credentium liberi proiectiori ætate unquam salute exciderent aut excidissent. Fides enim & sanctitas à parentibus secundum eam hypothesin semper ad omnes filios propagaretur, & ab his rursus ad ipsorum filios, & sic deinceps ad alios & alios posteriores, qui fidem & sanctitatem infantili ætate à parentibus ad se traductam per immutabilem Dei gratiam tota vita retinerent. Cum vero experientia doceat, multos credentium liberos à fide & pietate parentum annis maturioris ætatis recedere, manifestum est, in iis veram fidem & solidæ

pietatis principium antea non fuisse, neque adeo infantili ætate à parentibus quidquam tale accepisse. Ergo res ita explicanda est: Connexio fidei & salutis parentum est ex Dei naturali iustitia; sed connexio fidei parentum & salutis liberorum si nimis in infantia decedat, est ex Dei veracitate & promissione. Est autem decorum Deo, quod se fidelium parentum semini Deum futurum esse, promiserit, sive, quemadmodum magnus quidam Theologus ea de re loquitur, quod fidem parentum salute infantum remuneretur. Ergo si quis specialius quereret, an fieri potuerit, ut gratia Dei non ita ad liberos infantes progrederetur, respondeo, id curiosius quam utilius queri. Nam si maxime ita fieri potuisse dicatur, ex eo tamen promissionibus Dei, ut nunc sunt, nihil decedit, utpote quæ jam ad plenam spem & consolationem plane sufficiunt, ut tam certa sit infantum nostrorum morientium salus ex veracissima Dei promissione, quam nostra ipsorum, qui actu in Christum credimus, salus certa est ex Dei iustitia. Si vero eum modum, quo ipsa gratia divina proxime cum salute infantum ejusmodi conexa est, consideramus, sic etiam locum habet naturalis Dei sanctitas, nimis, ut nec ipsi servari possint, nisi per Christum, & per efficientiam Dei cum eo conjuncti, sic eodem modo, ac de parentibus vidimus, id est, per ipsam Dei iustum necessario sanctitatem & salutem consequantur. Atque hæc omnia haec tenus ad infantes pertinent. Quæ autem ratione fides parentum cum liberorum adulorum salute suam habeat connexionem, aut quis sit modus progredientis ad eos gratiæ divinæ, id sine multa explicatione facile cognoscitur. Nam ex parentum erga eos amore & fide in Christum fluit bona eorum educatio, institutio, adhortatio, preces, quibus gratiæ Dei commendantur, & alia, quæ eos à mala via abstrahendos idonea sunt; quæ omnia si recte & diligenter adhibita fuerint, non est dubium, quin amorem parentum, quem Deus illorum animis non frustra insevit, & pium laborem, qui bona educationi impeditur, gratiæ divinæ effectus & remuneratio in salute filiorum sit subsecutura. Deus enim non potest frustra queri. Esai 45.19. Deut. 4.29. Conf. Gen. 18. 19. Proy. 23.14. Eph. 6. 4.

§. XXII.

*Progressus
gratiæ di-
vina ad fi-* Jam tandem absolvit (A) primæ partis, ut supra §. II proposita est, primam materiam, de progressu gratiæ divinæ ad parentum in Chri-
stum

stum credentium (a) filios primos & proximos ac potissimum infantes. Ios remo-
 Sequitur, ut ejusdem gratiae progressum ad (b) filios remotiores & (c) tiores ser-
 remotissimos, eos puta, qui servabuntur, tempestiva brevitate explicem.
 vanes.
 Quia in re ad fædus Abramiticum, quod haec tenus dictorum fundamen-
 tum fuit, merito etiam adjungo Noachicum, jam supra à nobis studi-
 catum. Id vero Deus non tantum cum Noacho fecit, sed etiam cum
 filiis ejus, & eorum posteritate, Gen. 9. 8, 9. Atque id fædus gratia
 fuisse, probo ex supra dictis § 5. num 3, unde appetet, fœdus primo in
 loco Gen. 6. 18. commemoratum significationem suam habere ex paral-
 lelismo gratie, cuius mentio fit, Gen. 6. 8. Hic autem cum simillimarum
 rerum eadem connexio sit. cap. 9. vers. 10. seqq. perspicuum est, & hic
 fædus gratia intelligendum est. Quod magis etiam confirmatur signo
 illius fœderis iride, cuius colores viridis & ruber mirabiliter inter se mixti
 sine dubio temperamentum iræ ex gratia symbolice repræsentant. Ita-
 que ut ad rem veniam, gratia divinæ progressus ad (b) filios Noachi re-
 motiores ibi promittitur, sicut Gen. 17. 7. ad filios remotiores Abrahami,
 seu post Abrahamum futuros. Cujus promissionis effectum eum fuisse dico,
 ut neq; Noachi neque Abrahami semen totum rejici potuerit, quin semper ex eo
 essent aeterna salutis participes. Quonobrem etiamsi à Japhet & Cham
 posteris post obitum Noachi gratia Dei proprie dicta recesserit, tamen
 ad Semi posteritatem progressa est, in qua longissimo tempore extite-
 runt pii homines & veri Dei cultores, præcipue, qui fide & pietate ce-
 teris prævere, Abramites & proximi illius filii. Quibus cum Deus
 similem gratiæ suæ progressum ad ipsorum posteros iterum iterumque
 fuisset pollicitus, ex eo quasi vehementior & multiplicata vis promissio-
 nis posthac eo magis fecit, ut in Abrahami posteritate semper fuerint
 beatorum reliquæ. Vide, quæ huc omnino pertinent, Rom. II.
 1---5. Hinc cum Deus in populi Israëlitici idololatriam in vitulo aureo
 commissam totus ira exarsisset, ut eum universum deleturus videretur,
 Exod. 32. 10. Deut. 9. 24. Moses ~~propterea~~ obsecrabat Deum, ut Patrum
 primorum Abrahami Isaaci & Jacobi, id est, fœderis cum iis facti &
 promissionis suæ meminisset, Deut. 9. 27. coll. cum Exod. 32. 13. Quo
 modo propter primam gratiam & propter antiquas promissiones Deus
 populo immorigero gravissima peccata condonavit, id est, gratia prima
 ad populum sic progressa est, ut in eo postea homines fidiles & pii saltem
 usque ad initia Novi Test. semper fuerint, id quod ex historia compertum
 est.

D 3

§. XXIII.

18.

§. XXIII.

Et ad remotissimos. Denique à filiis remotoribus gratia DEI progreditur (c) ad remotissimos, seu postremis temporibus viventes. Hi enim minime excludi possunt, ubi posteritas sine discrimine memoratur, velut Gen. 9.9. At evidentius indicantur Gen. 17.7.8. Quo in loco quia Deus aliquoties mentionem facit seminis, quod post Abrahamum futurum sit, ideo nihil probabilius videtur, quam per semen in fine versus 7. ultimo propositum sobolem Abrahami ultimam vel secundum nostrum loquendi modum, *remotissimam* significari, quemadmodum & ultimis verbis promissionis divinæ in fine versus 8. & ero iis in Deum, extrema gratia divinæ effecta, quæ ultimis temporibus speranda sint, indicari videntur. Conf. Jer. 31. 31—33. Itaque gratia divina progressus ad credentium v.g. Noachi & Abrahami remotissimam posteritatem hunc habet sensum, quod si forte eorum posteri nonnulli pro ea potestate, quam Deus in omnes homines habet, aliquamdiu rejecti fuissent, gratia Dei postremis seculis ad eorum ultimam posteritatem certo reversura sit. Quam thesin non difficulter probabo iis argumentis, quæ in scholis dicuntur à priori: Nam sive (α) naturam Dei, quæ operum divinorum primum fundamentum & norma est, sive etiam (β) naturam & dignitatem gratia inspiciam, non possum non inde hoc, quod commemoravi, colligere. Quod enim [α] ad naturam Dei attinet, in ea nos pro nostri intellectus modulo aliquem attributorum, seu perfectionum divinarum ordinem cognoscimus, ut hoc modo alia sint naturæ vel cognitionis ordine priora, alia vero posteriora & ex prioribus necessario consequentia. Itaque ultimum, quod in Deo esse intelligimus, est infinitus sui amor, & quæ inde necessario fluit, ineffabilis beatitas. Amor enim sui, id est, omnium perfectionum suarum, tunc demum à nobis cognoscitur, si perfectiones Dei amabiles, ad quas amor referatur, jam prius posite sint. Ergo sicut in Dei natura amor sui est ultimum & proximum, quod ante beatitudinem Dei concipitur, ita voluntas Dei, qua perfectiones suas tales, quales sunt, demonstrare constitutum habet, flagitare videtur, ut Deus secundum naturæ suæ exemplar etiam in hac terrestri operum suorum Oeconomia ultimo officiat amorem sui extra se, ut sic ultimis temporibus omnium maxime per omnium terrarum orbem animadverti possit illustris sanctitas ex fide in Christum & vera Dei cognitione prognata, eamque sanctitatem deinceps in

æterna vita consequatur beatitas, & sic omnia cum exemplari & norma,
qua in natura divina est, eleganter convenient. Itaque, si ad hunc
modum cognitio fides, sanctitas ultimis temporibus in terra florebunt,
erit hic omnino gratia divine progressus ad remotissimos Noachi & Abra-
hami posteros; quandoquidem sanctitas per fidem in Christum restitu-
ta propriissimum gratiae effectum est. Atque hoc ipsum etiam argumen-
to non multum dissimili adstrui potest (β) ex natura & dignitate gra-
tiae: Ejus enim demonstratio sicut supra à principio §. 10. uno verbo
attigi, omnium aliarum molitionum Dei primarius scopus & finis est,
cum Deus se sumum bonum esse omnium maxime demonstrare debeat,
si modo quidquam de se demonstraturum esse certum sit. Itaque si
gratiam suam Deus aliquamdiu à quibusdam, quorum familiæ destinata
erat, abstraxit, necesse est, ut, quæ antea quasi contraria vi re; ressa
fuit, tandem aliquando vehementius suum cursum prosequatur, ad eos-
que redeat, ad quos ex primis promissionibus spectabat; haud aliter
tere, ac fontis scaturientis aquæ, si multa materia congesta obstructæ
impeditæque sint, ne in alveos suos influere possint, tandem se diutius
retineri non patientur, sed quo magis repressæ fuerant, eo majori deinde
cum imperi majorique copia exundant, ac longe lateque ad omnia loca
diffunduntur. Atque hæc ratio est, cur initio Novi Test. statim Evan-
gelium in omnem mundi plagam transferit, Psal. 19. 5. Rom. 10. 18. Hinc
& Japhetus habitaturns erat in tentoriis Sem. Gen. 9. 27. id est, gentes
ex Japheto oriundæ, quas gratia Dei pro supra dictorum ratione in lon-
gum tempus deseruerat, tunc cum vera Ecclesia coalituræ erant. Conf.
Rom. 11. 17. 24. Imo ex hoc solo fundamento derivari potest futura Ju-
dæorum & gentium celeberrima ad Christum conversio, & regni Christi
amplitudo, in Prophetis passim evidentissime prædicta. Et quia Judæi
non tantum à Noacho, patre universalis, verum etiam ab Abrahamo, patre
illo credentium descendunt, propterea & effecta promissionis gratiae
quasi duplicita ex utroque patre, aut duplice portionem ex jure primo-
genitorum olim consecuturos puto præ aliis gentibus. Est enim mihi
admodum probabile, si quando illi Dominum Deum suum, & regem
suum Davidem, id est verum Messiam quarent, gratiamque Dei ultimis
diebus honorabunt, Hos 3. 5. tum eos cognitione veritatis, fide, & amore
JESU Christi præ aliis populis, qui tantum ex Noacho, non ex Abra-
hamo orti sunt, præstantes fore, ut vel sic tandem, qua ratione qua-
que

18.

que emphasi Deus Abrahami, Isaaci & Jacobi Deus futurus sit, luculentius apparet.

§. XXIV.

*Progressus
gratiae est
ad non ser-
vandos,
qui extra
Ecclesiam
externam
sunt.*

B. Exposito hactenus *progressus gratiae ad credentium posteros*, qui servabuntur, nunc postremo ad finem properans venio ad alteram partem hujus dissertationis, in qua *progressus gratiae ad posteros credentium non servandos* explicandus superest. Itaque secundum superiorem *Ecclesiam* visionem §. XII. propositam hic habemus *non servandos*, qui vel (a) *in Ecclesia externa* sunt, vel (b) *extra eam*. Libet igitur prius de his dicere, qui sunt *extra Ecclesiam externam*, ut si ad hos progrediens gratia divina observabitur, eo magis deinde & certius ejusdem progressus ad alios, qui *in ipsa Ecclesia externa* vivunt, cognoscatur. Hic autem omnium primo occurrentum est tacitæ objectioni eorum, qui me hac in re parum cohærentia scribere hanc immerito suspicari possunt. Nam si gratia Dei ex prima definitione, supra §. 2. allata voluntas Dei sit, qua hominibus peccatoribus *eterna salus* decernitur, proclive est cogitare, qui fieri possit, ut detur progressus gratiae ad *non servandos*? At hic nihil est difficultatis vel repugnantiae, dummodo id observetur, quod in eodem §. 2. cum in principio statim finem prospicerem, illico adjunxi, videlicet me ut omnes partes hujus dissertationis rectius sibi content, non tam de divina illa voluntate, ut in Deo ad salutem hominum directa est, sed de illius voluntatis effectis, quæ extra Deum in hominibus sunt, agere. Itaque sicut ea, quæ hactenus prosecutus sum, fides, sanctitas, salus, & promissiones Dei, quæ eo spectant, sunt effecta gratiae proprie & plenissimo sensu dicta; Sic alia sunt ejusdem gratiae effecta, vera quidem & quæ tantum ex gratia sunt, sed tamen ab illis prioribus toto cœlo distantia, & tantum impropriæ sensuque diminutiore ita appellata, quia salutaria non sunt. Cujus generis est *terrestris vita conservatio*, & multa, quæ huc pertinent, per naturalem cœli efficientiam in homines promiscue derivata *beneficia*, quibus pii & impii ex Dei bonitate & longanimitate communiter fruuntur. Math. 5. 45. Act. 14. 17. Eorum igitur omnia, quæ huic vita propria sunt, originem, & fundamentum esse *gratiam Dei*, seu voluntatem, qua salus æterna peccatoribus in Christo decreta atque destinata est, ex sequentibus facile perspicietur.

§. XXV.

§. XXV.

Itaque quemadmodum Noacho primum esse in nostra dissertatione contigit, sic idem etiam nobis merito erit ultimus. Quod enim in illius historia occurrit, in eo hujus nostræ veritatis habebimus firmamentum. Eam ob rem respici volo memorabilem locum Gen. 8. 20. seqq. Ubi cum prima mentio sit *altaris*, quod usquam in S. litteris legitur, & *holocaustorum*, quæ Deo oblata fuerint, tum vero nervosissima ibidem effecta describuntur solennis illius sacrificii Noachi, quod ob gravissimas rationes mihi videtur admodum notabile. Sunt enim hic omnia, quæ occurunt, universalis (&) universi generis humani pater (2) sacrificium ex universis animantium purorum, & ex Dei instituto rei sacræ idoneorum generibus oblatum, (1) *universalia* ejus sacrificii effecta. Quæ postrema cum potissimum ad rem nostram faciant, idco considerandus præcipue est nobis versus 21. & 22 prædicti cap. 9. Geneleos. Ibi primum memoratur *odor graius*, quem *Jehovah offecerit*. Is autem non est odor ex incensis carnibus holocaustorum. Is enim nihil esset, nisi aliud quid suberset. Nam vel fragrantissimum odorem *suffitus* Deus toto animo aversatur, nisi in animo offerentis sit, quod Deo placeat. Vid. Esai. 1.13 Levit. 10. 1.2. Ergo hic *gratus odor* citra controversiam est illud jucundissimum Deo sacrificium Jesu Christi, in quo plenissimo sensu est *στοὺν ἐνωπίος* Eph. 5.2. ac præterea est ipsa fides Noachi, qua ad illud sacrificium futuri Messiae respexit, & quodammodo efficit, ut Deo idem in mentem & sensum venerit. Certe hoc modo etiam fidelium sancta operam quæ ex fide fiunt, eodem nomine appellantur. Ergo cum Deus illum *odoratum* dicitur, non obscure significatur Deum tunc *præsentissimum* fuisse terræ, cum odorem percipere non queant, nisi qui propinqui adsunt. Unde & *suffitus* olim in templo factus est quasi coram facie Domini in vicino & interiori sanctuario habitantis. Plus igitur hoc loco est *odorari odorem sacrificii*, quam *respicere oblationem*, quod de Abele legitur Gen. 4.4. Hoc enim oculis è longinquo peragi potest, illud vero propinquiores Dei præsentiam declarat. Cujus rei omnino commodæ rationes sunt. Nam quia Deus ab hominibus separatur per peccatum, Esai. 59.2. ideo, postquam aquis diluvii magna illa peccatorum turba eluta fuisset, nihil deinde supererat, cur Deus à terra longius abesseret. Sed non tantum hæc verba Deum *præsentem* fuisse docent

E

*Qui pro
batur ex
Gen. 8. 21.*

18.

docent sacrificio Noachico, qui typus erat sacrificii in posterum à Christo offerendi, verum etiam multo magis hoc præ se ferunt, Deum ex sacrificio Christi futuro jam tunc perceperisse jucundissimum odorem in Dei presentis quasi nares ingressurum, si Christus in cœlo presentissimus Patri suum illud sacrificium per continuam intercessionem ei representaret. Quo modo necesse est, Deum ea tempora simul prævidisse, in quibus Christi ad cœlum evecti regnum solito magis amplificandum, seu progressus gratiæ proprie sic dictæ ad omnem mundi plagam futurus esset. Quæ cum ita se habeant, non obscurum jam est ex proximis verbis h.l. Genes. quid effecti ex hac causa consequi debuerit: Sic enim ibi adjicitur: *Dixitque DEVS ad cor suum: Non pergamo amplius execrari terram propter hominem, eo quod figmentum cordis hominis malum sit à pueritia ejus, &c.* Nimirum sensus est: Malitiam hominum in posterum non futuram esse causam, cur DEUS terram execrari debeat, sed contra suavissimum odorem sancti sacrificii à JESU Christo rege & Pontifice DEO Patri in intimo sanctuario cœlesti repræsentandi causam esse & futuram esse, cur Deus jam tunc propositum habuerit universo generi humano parcendi, eaque omnia benigne largiendi, quæ ex naturali rerum terrestrium ordine apta facta sint ad hanc vitam cum jucunditatis cuiusdam sensu conservandam. Huc enim spectant capitùs nostri verba ultima: *Adhuc omnibus diebus terra fermentis & messis, frigus & calor, astas & hyems, dies & nox non cessabunt.* Quibus ex verbis proinde manifestissime constat, omnis beneficentia & longanimitatis divinæ originem & fundamentum primæ causam esse *gratiam Dei*, ejusque effecta esse illa beneficia, quibus Deus universum genus humanum prosequitur, adeoque, cum hæc gratiæ effecta ad omnes progrediantur, hunc ipsum esse *progressum gratiæ ad posteros credentium non servandos*, & eos quidem, qui extra Ecclesiam externam sunt, cum & hi sicut alii, qui in Ecclesia versantur, illorum beneficiorum sint participes. Certe nisi Deus veræ gratiæ exercendæ consilium cepisset, non video, cur ullum bonum aut quidquam, quod jucundum sit, ex Dei benignitate ad peccatores, quos Deus averatur, proficiisci potuerit. At postquam Deo constitutum est, hominum posteros servare, sic fieri poterat aut debebat quodammodo, ut *precedentes omnes conservarentur*, jucundoque cum sensu facerent atque

que haberent, quæ ad ipsorum & sobolis procreandæ vitam ex Dei instituto sunt necessaria. Nam si v.g. centesimus ex hominibus pro consilio gratiæ divinæ servandus sit, oportet, novem & nonaginta antecedentibus ea beneficia, quæ ad hanc terrestrem vitam pertinent, præstentur, cum sine his prioribus ad illum centesimum posteriorem perveniri non possit. Quo resero id, quod de Judæis dictum est Rom. II. 28. Secundum Evangelium inimici sunt propter vos; secundum electionem vero dilecti sunt propter patres. Sensus est, opinor, hic: Judæos, qui Evangelium de Christo Servatore rejicunt, hoc nomine Deo inimicos aut Deum his inimicum esse, eo quod Pater amare non possit, qui Filium oderunt, quem ipse vehementissime amat, Joh. 5.20. &c. 8.50. sed tamen eosdem esse dilectos Deo propter promissiones olim factas patribus, secundum quas Deus illorum semini puta posteriori, Deus futurus esset (de quo supra) adeoque Judæis præcedentibus, qui non servantur, amoris divini effecta contingere propter sequentes servandos, de quibus omnino in eodem cap. Rom. II. 25. evidentissima promissio & prædictio occurrit.

§. XXVI.

Superest postremo hoc unum, de gratia divina progressu ad posteros credentium non servandos, qui in ipsa Ecclesia sunt. Hi videlicet non tantum ea fruuntur generalissima Dei benevolentia & beneficentia, quam modo ad omnes, qui extra Ecclesiam sunt, pertingere demonstrum est, sed habent etiam quædam alia, quæ magis proprie appellanda sunt *Xagionala*, dona gratiæ, id est ex consilio & à Spiritu gratiæ auctore profecta, qualia sunt *eruditio*, *scientia linguarum* alia, quæ luculenter indicantur I. Cor. 12. 4-11. Etsi enim nostro tempore in Ecclesia non supersunt *Xagionala iepialov*, dona sanationum, neque etiam *evaginalæ dūvialov* facultates miraculorum, quæ I. c. verl. 9. & 10. memorantur, tamen cetera usitatoria & ordinaria à primis temporibus Nov. Test. licet aliis atque aliis modis propagata sunt, & quotidie ab iis, quibus Christi cognitio jucunda est, ad alios transmittuntur. Ideo autem ea sunt effecta gratiæ, quod eorum ex consilio gratiæ proprius finis est *salus hominum*, si non eorum, in quibus sunt, tamen aliorum, quibus ultimo salutaria sunt. Sic verbum Dei adeoque notitia ejus de-

fina-

18.

36 *De grat. div. progr. ad poster. credentium.*

Stinata est hominum regenerationi, ex qua fructum ferant Deo gratum,
Ezai. 55. 10. 11. Unde verba Christi appellantur verba vita eterna Joh. 6.
68. Cum enim ipsum ex gratia Dei oportuerit esse Iesum servatorem, hinc
& verbum, in quo ipse est A & Ω Apoc. 1. 8. sine dubio hominibus servan-
dis præcipue dicatum est. Quamobrem omnis veritatis salutaris cogni-
tio est effectum gratia, adeoque ejusmodi donorum progressus est effecto-
rum gratiarum progressus ad eos, quin Ecclesia externa versantur, etiam si
per ea dona non serventur. Fxit autem Deus, ut haec qualiacunque
dona nobis omnibus salutaria sint, adeoque gratia ejus salutaris
in æternam ipsius Gloriam à nobis ad filios nostros omnes
progrediatur utque ad fines seculorum,
Amen!



Ne

1. Neuhaus de Fatis Adami.
2. Holtius de Homine
3. Idem de imagine Dei in homine.
4. Hollinger de auxilio Dei et.
5. Hugenius de Concourse Dei.
6. Cantorius de Providentia Dei
7. Holtius de Providentia
8. Ejusd. de Lapsu primorum hominum.
9. Ejusd. de Angelis bonis et malis.
10. Tillmannus de Certitudine fidei.
11. Ussel de Decalogo.
12. Hasenius de tribus virtutibus necessariis.
13. Ejusd. Continuatio.
14. Masecorius de curiosa Theologia.
15. Schmidius de Utilitate Relig. Evangel.
16. Kieg de Gratiae div. operosa.
17. Gablonzki de indulgentijs.
18. Zulflinger de Natura Studii Theatrici.
19. Holtius de Paenitentia
20. Ejusd. de conversione.


- Spennitius de gratuita Justificacio.
Korheim Triga Observacionum
Korheim de paupertate mentis
iuxta de operariis in vinea.
Johanneus de Baptismo Agnis.
Cetsera de Ibo Sabactani.
Johanneus de negotio Salutis circa infantes.
Baier ad Locum Luc: 23.
Lampe de Titulo Evangel: Iohannis.
inus de aqua baptismi.
iesonis de Encanis Iudeorum.
Grieg de Lege Mosis per angelos data.
n Alphen de Historia Pauli Apostoli.
zeffen de Barnaba et.
en Sanders de Deo pueritate Xtam ex mortuis.
~~Gitter~~ Zecmanni Analysis Cap: 9. ad Ratis.
Baier ad Locum ad nos XII. 42.
Lampe de Ecclesia et Apostolica.
Entzki de Stella ex Jacob.
Tottinger de Zeredictione Sacerdotali.
ingst de blasphemii mysterio.
au de Libamine in messa Sacra.
Tottinger de fertis indumentis.


49. Dis: de Lectione Legis Iohanne.

50. Elmerus ~~Dicitur~~ ad Reg: 18.

51. March 2: ad 2 Reg: 8. 10.

52.





e Fatis Adami.
Hominis
agino Dñi in hoc.
de auxilio Dñi et.
de Concourse Dñi.
e Providentia Dñi.
e Providentia
Capsu primorum hominum.
Angelis bonis et malis.
us de Certitudine fidei.
ecologo.
tribus societate necessariis.
tinuac.
e de curiosa Theologia.
De Utilitate Relig: Evangel:
Pratice div: grecorum.
De indulgentijs.
De Natura Studii Theatrici.
De Laeritientia
conversione.